**Observationes anatomico-pathologicae / Lugduni Batavorum : Apud P.v.d. Eyk et D. Vygh, 1777-81.**

**Contributors**

Sandifort, Eduard, 1742-1814

**Publication/Creation**

1777-1781

**Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/dz68h5ft

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

45972/C

E. III

18/s

# OBSERVATIONES ANATOMICO-PATHOLOGICÆ.

## LIBER III.

# ED. SANDIFORT,

*MEDICINÆ, ANATOMES, ET CHIRURGIÆ, IN ACADEMIA BATAVA, QUÆ LEIDÆ EST, PROFESSORIS,*

# OBSERVATIONES ANATOMICO-PATHOLOGICÆ.

## LIBER TERTIUS.

*LUGDUNI BATAVORUM,*
APUD P. V. D. EYK ET D. VYGH,
MDCCLXXIX.

Verwijderd K. B.
KONINKL. BIBLIOTHEEK TE SHAGE.

WELLCOME HISTORICAL MEDICAL LIBRARY

# OBSERVATIONES ANATOMICO-PATHOLOGICÆ.

## LIBER TERTIUS.

### CAPUT PRIMUM.

*De hernia umbilicali, plurima abdominis viſcera continente; inteſtinorum, renum, veſicæ, cordis præſertim, fabrica præternaturali; aliisque in cadavere fœtus obſervatis.*

Augetur continuo uteri, fœtum continentis, augetur contenti embryonis, moles, & ſede, quam natura matrici adſignavit, relicta, hæc ſuperiora petit, inteſtina ſurſum, ac verſus latera, repellit, ſenſimque abdomen magis prominulum reddit. Hinc centrum gravitatis totius corporis mutatur, continuo in alium locum incidit, gravidæ greſſu vacillant,

caduntque pronæ; ſi vel leviſſime pedem obſtaculo impingant, niſi, trunco corporis retrorſum inclinato, incedant. Situs autem fœtus ſuo in domicilio talis eſt (*a*), ut lædi omnino debeat, ſi lapſu abdomen matris violentiam patitur; mutilumque reddi in utero puerum ex matris, uterum geſtantis, lapſu, aut alio quodam violento affectu, matri accedente, non ſine ratione notavit Hippocrates (*b*). Supervenire præterea animi perturbatio ſolet, ac terrore ſyſtema nerveum ſæpe violentiſſime quaſſatur, ſpasmi, convulſiones, vaſorum minorum conſtrictiones, ſanguinis in majoribus congeſtiones, aliaque mala, gravidis & fœtui non raro exitialia (*c*), producuntur. Vel enim vulneratur (*d*), disrumpitur (*e*), ute-

(*a*) Conf. harum Obſervat. lib. 2. cap. 1. Tab. 1. 2. 3.

(*b*) De genitura art. 8. Edit. Lind. Tom. 1. pag. 132.

(*c*) Scholz Eph. Nat. Cur. Dec. 1. ann. 2. obſ. 83. Helwich Ibid. Cent. 9 & 10. obſ. 33. Teichmeyer Inſtit. medicin. legal. cap. 25. pag. 249. Unzer in Hamburgiſches Magazin. 9. Band pag. 318.

(*d*) Mem. de l'Acad. des Sciences 1709. hiſt. pag. 29. edit. Amſt.

(*e*) Mulier valens & vegeta, quatuor ante partum ſeptimanis, prona & in genua cadens, ſonum quemdam in ventre, tanquam crepaturam, audivit, ſtatimque reliquo geſtationis tempore ſolito triſtior, ponderoſior, & pallidior fuit. Comedit tamen, dormivit, cæteraque ſanorum hominum munia obiit, de pondere potius interdum, quam de dolore, ventris, conqueſta. Præfixo partus tempore dolores ſentiit, ſed

uterus; vel nexus ovi cum utero ſolvitur, hæmorrhagia producitur (*f*), abortus aut partus præmaturus (*g*) inſequitur, perit fœtus (*h*), gravidaque in ſum-

ſed fruſtra, ac tandem, ea extincta & aperta, abſolutiſſimus fœtus in ſanguine materno, in medio abdomine, detectus eſt, nulla putredine infectus aut fœtore gravis. Th. Bartholinus de inſolitis partus humani viis. pag. 60. —— Fœmina ex ſedili prona in ventrem ruebat, & ilico dolores percipiebat. Partus ſignis poſtea ſe manifeſtantibus, nec uteri orificium, nec infantis in utero ſitus, explorari poterat. Altero die miſera ſub partus doloribus moriebatur. Uterus, ruptus, putridusque inventus eſt, & fœtus involucris ſuis adhuc cinctus, in matris abdomen protruſus, itidemque putredine jam corruptus. Trew in Commerc. Litter. Norimb. Ann. 7. pag. 323. Saniſſima, viginti novem annorum, matrona, quatuor liberorum mater, quinta ante partum hebdomade, ex lapſu in pavimentum lapideum, ſentiebat, infra umbilicum, internum acutum dolorem, qui durabat usque ad partum, externe nec rubore nec tumore conſpicuo. Juſto tempore partus dolores aderant, aquæ effluebant, ſed parturiens ſyncoptica inter obſtetricis manus exſpirabat. Aperto abdomine ſanguis conſpiciebatur; uterus ſupra cervicem verſus ſuperiorem, qua ſpectat abdomen, partem dilaceratus; fœtus vero magnus, perfectus, illibatus, erat; locus disruptus quinque transverſos digitos latus in circumferentia nigricans, & ad putredinem pronus inveniebatur. Herrman in Primitiis phyſico-medicis ab iis, qui in Polonia & extra eam medicinam faciunt. vol. I. pag. 86. ſeq. Conf. H. van Roonhuyſen Heelkonſtige Aanmerkingen. II. Boek. pag. 22. ſeq.

(*f*) De Muralto Eph. Nat. Cur. Dec. 2. ann. 1. obſ. 105.

(*g*) Octavo menſe gravida graviter ſupra corbem in tergum prolapſa, & maxime perterrita, ſat tamen incolumis de terra ſurrexit, motus fœtus inſolitos percepit; hic quinto die emiſſus vix per quadran-

ſummo ſæpiſſime verſatur periculo (*i*), quin & ſuccumbit (*k*); vel fœtus in matrice permanet, ſed ipſius, ut videtur, conſtrictione, creſcere hac illave par-

drantem ſupervixit, membraque ſic conquaſſata fuere, ac ſi fœtus extra uterum in terram aut procidiſſet, aut vi quadam projectus fuiſſet. V. Reidlini Lin. medic. anni 1700. Men. Novemb. obſ. 4. pag. 1246.

(*h*) Fœmina, ſub finem graviditatis, ex ramo coryli nuces decerpens, hoc fracto, humi in abdomen proſternitur; hoc non obſtante alium prehendit ramum, quo iterum fracto denuo in ventrem prolabitur. Hæc brevi poſt duos puerulos mortuos in lucem emiſit. Trew in Commerc. Litter. Norimb. Ann. 7. pag. 323.

(*i*) Conf. Sarcone Epiſt. ab eruditis viris ad Hallerum ſcript. vol. 5. pag. 151.

(*k*) In genua prolapſa Mauricæi ſoror, ultimo graviditatis menſe, humo impegit tumente abdomine, &, cum non multum incommodi per unum alterumve diem perciperet, neglexit quietem corporis, tertio die ſubito ſenſit validos abdominis dolores, & ſubſequente hæmorrhagia uteri periit. Traité des malad. des femmes groſſes liv. 1. chap. 21. pag. 162. — Ex gravi lapſu abortum lethalem obſervarunt Medici Berolinenſes Act. Med. Berol. Dec. 1. vol. 2. pag 120. Conf. Ephem. Nat. Cur. Cent. 10. obſ. 33. pag. 312. — Meminit A. Brendel, Obſervat. Anatom. Dec. 2. obſ. 8. pag. 24. fœminæ gravidæ, molem farinæ ſecalinæ domum apportantis, cujus inter eundum pes vacillabat, quo factum eſt, ut proſtrata ſiniſtrum latus vehementer in terram allideret, & brevi poſt profuſa uteri hæmorrhagia, hancque inſequuta leipothymia, tentata, exſpiraverit. Fœtus, qui proxime a partu aberat, poſt mortem matris motu vitam prodidit, ſed quia tam vehementis injuriæ lapſus in eum pariter redundaverant, nemoque aderat, qui ei auxiliares manus admovit, extinctus eſt. Secto dein gravidæ

parte impeditus, difformis, mutilus, monſtroſus (*l*) fit, ſic ut, vivus quamvis in lucem emiſſus, diu ſubſiſtere nequeat: quemadmodum enim (ut Hippocratis verbis (*m*) utar) arbores quæcunque in terra ſunt, &

vidæ abdomine, apertoque utero, in cavo amnii multum ſanguinis fluctuabat, fœtusque in globoſo & convoluto ſuo poſitu conſtitutus, ſed ita conquaſſatus erat, ut ſanguis ex ore & naribus manaverit.

(*l*) Fœmina, tertium utero gravis, termino geſtationis jam abſoluto, ex ſubſellio, in quod adſcenderat, magno impetu in abdomen cadens, illico fragorem in eo ſentiit. Aquæ prorumpebant, dolores partus accedebant, tandemque infans mortuus in lucem prodibat, ex cujus abdomine, juxta funiculum umbilicalem, omnia prolapſa erant inteſtina, ventriculus, jecur, & lien. Trew in Commerc. Litterar. Norimb. ann. 7. pag. 323. Referenda huc etiam videtur Slevogtii obſervatio. Ancilla, illicito amore impprægnata, tres ante partum menſes, labrum, aquâ repletum, portans, gravi lapſu in glaciem ruit antrorſum, & quatuor ſeptimanas poſtmodum, ubi itidem aquam in duobus cantharis adportavit, iterum in lapidem procidit, & genua læſit. Poſtea non difficili partu in lucem edidit filiolam decentis magnitudinis, & quoad ventrem ſupremum ac medium bene conformatam, aſt quoad infimum valde difformem, & elapſis a partu duodecim horis, mortuam. Erant ſub ſcrobiculo cordis & infra umbilicum integumenta disrupta, & reflexa; per hanc cutem fiſſam omentum, inteſtina tam tenuia quam craſſa, peritonæo orbata, & vaſa umbilicalia, cum hepate & ventriculo erant prolapſa. Præterea in latere dextro obſervabantur inteſtina & vaſa umbilicalia cum omento concreta. Ambo pedes extremi ſurſum erant reflexi, & internum malleolum verſus curvati. Commerc. Litter. Norimb. Ann. 10. pag. 172. Conf. Mauriceau Obſervat. ſur la groſſeſſe & accouch. des femmes obſ. 448. pag. 371.

(*m*) De genitura artic. 9. Edit. Linden. Tom. 1. pag. 132.

& non habent ſatis amplum locum, verum a lapide aut aliqua re impediuntur, quum emergunt, obliquæ ac tortuoſæ ſunt, aut hac parte craſſæ, altera tenues, ſic accidit etiam circa puerum, ſi in utero juxta aliquam corporis partem anguſtior altera uteri pars fuerit (*n*). Aſſerti hujus veritatem egregie confirmabit caſus, qui ſeſe mihi obtulit, in quo tot alia memoratu digna occurrunt, ut dubitandi locus ſupereſſe poſſit nullus, quin has inter obſervationes recenſeri mereatur.

Fœ-

(*n*) Inſp. Grashuis in Act. Acad. Nat. Cur. vol. 8. obſ. 81. pag. 289. Inter alias monſtrorum cauſas, Licetus, ſummo jure, ponit anguſtiam uteri ac loci fœtum continentis. „ Sed, inquit, trunca etiam hominum corpora quibusdam partibus oriuntur nullo materiæ defectu, nullaque virtutis agentis imbecillitate, ob ſolam uteri, membranæve, fœtum ambientis, anguſtiam in ea regione, quæ conſtituendæ partis in conceptu locus eſſe deberet. Si namque uterus quapiam in parte ſui nimis coarctetur, aut ob aliquem tumorem ſcirrhoſum, ſive in ſua ſubſtantia natum, ſive in tunicis intra eum ſitis, & embrio circumpoſitis, ſive in visceribus extra uterum degentibus, ſed illi propinquis, exortum, a quo comprimatur; aut ob nimis arctam ventris adſtrictionem ſtudioſe a muliere factam, ſeu conceptus occultandi cauſa, ſeu quavis alia ratione; aut ob placentæ aut molæ cum fœtu conjunctæ immodicum incrementum; aut quia ſunt duo fœtus magni, pluresve duobus in utero." De monſtrorum cauſis, natura & differentiis. lib. 2. cap. 5. Conferatur Roederer de vi imaginationis in fœtum negata. Opuſc. Medic. pag. 124.

Fœmina quadraginta quinque annorum, nona vice uterum gerens, tertio graviditatis menſe, pontem, nive glacieque tectum, conſcenſura, cadit, ac tanta vi latus corporis ſiniſtrum pavimento impingit, ut ſummi ſubnaſcerentur dolores, animo fere linqueretur, & ab aliis domum deduci debuerit. Senſim refocillata melius habuit, dolores vero, licet imminuti, non penitus ceſſarunt, & per totum graviditatis tempus, ad finem ſeptimi menſis majori minorive gradu perſtiterunt, tuncque, partu non difficili, in lucem emiſit puerum, ſingulari modo conformatum, ac vario ſenſu morboſum, qui, leviſſimis vitæ indiciis per breve temporis ſpatium exhibitis, cito exſpiravit (*o*).

Longitudo totius corpuſculi erat circiter duodecim pollicum. Caput, lateribus maxime compreſſum (*p*), a mento ad ſummitatem quatuor pollices & dimidium æquabat; diſtantia ab una aure ſupra verticem ad alteram ferme ſeptem pollicum erat. Aurium forma non naturalis deprehendebatur. Verticis oſſa ſeſe retrorſum deorſumque multum extendebant, ſic ut occipitis

(*o*) Tab. I. II. Ut tabulæ ejusdem magnitudinis eſſent, ac illæ primi ſecundique libri, icones fœtum minorem ſiſtunt, quam revera fuit.

(*p*) Tab. I. II. Tab. III. Fig. 1.

cipitis os, parvum admodum, ferme transverſum poneretur, & ſolus apex ipſius, ad angulum ferme rectum reflexus, ſuperiora ſpectaret (*q*). Collum vix ullum aderat. Latitudo ab uno humero ad alterum quatuor pollices æquabat. Thorax, extrinſecus non male conformatus, ſolito tamen magis compreſſus. Abdomen præternaturale; umbilico enim inhærebat tumor (*r*), circumferentiam ſeptem pollicum cum dimidio habens, hepar, inteſtina, partesque alias, per transparentem membranam quodammodo conſpicuas (*), complectens. Ex hoc tumore, in latere ſiniſtro, ad diſtantiam pollicis a margine cutaneo, emergebat funis umbilicalis (*s*), non admodum craſſus, &, præter vaſa, flavam, gelatinoſam, ſubſtantiam continens. Diſtabat funis a margine cutaneo lateris dextri (*t*) quinque pollices, ſic ut linea, ab uno latere in oppoſitum ducta, ſex pollicum longitudinem haberet, dum illa, quæ ſeſe a ſuperiore ad inferiorem partem extendebat, ſeptem pollicibus æqualis deprehendebatur. Infra tumorem venter admodum complanatus, contractus, erat. Penis (*u*) rite quidem formatus fuit, ſed nulli in ſcro-

to

(*q*) Tab II. d. Tab. III. Fig. 1.
(*r*) Tab. I. a. Tab. II. a.
(*) Tab. I. c. c. c. d. e. e.
(*s*) Tab. I. f. Tab. II. b.
(*t*) Tab. I. b.
(*u*) Tab. I. g.

to deprehendebantur teſtes. Femoris oſſa, ſuperiore parte cum innominatis rite articulata, ſenſim verſus inferiora una cum cruris oſſibus ſic contorta erant, ut non genu, ſed poples, ab anteriore conſpiceretur, & pedes mirandam formam, ſingularemque haberent ſitum, ex adjectis figuris ſatis cognoſcendum (*v*). In dorſo hiatus erat, tres pollices longus, ſuperiore parte non adeo latus, ſed in medio & ultra illud lateſcens, deorſum anguſtatus. Margines hiatus lividi, interiora omnia rubicunda erant (*w*). Suprema in parte veſicula (*x*) conſpiciebatur, humore plena, infra illam hiatus ſpinæ digitis percipiebatur, tum vero prominebat inſigniter os ſacrum (*y*). Veſicula formabatur a medulla ſpinali, in tumorem parvum exſurgente, tota degenerata, ſanguinolenta, nec ultra hunc locum ſeſe extendente. Integebat hiatum totum tenera membrana, qua ſeparata dictus medullæ finis demum apparuit. Partes laterales oſſeæ vertebrarum multum ab invicem receſſerant, conſumta cartilagine, quæ illas cæterum nectit, & in proceſſum ſpinoſum tempore procreſcit.

Tu-

(*v*) Tab. I. & II.

(*w*) Tab. II. e. e. e. f. f.

(*x*) Tab. II. g.

(*y*) Tab. II. h. i.

Tumor abdominis, inter ſemotos, & rotundulum marginem formantes, muſculos rectos (*z*), exiſtens, conſtabat peritonæo, maxime elongato, & in principium funiculi umbilicalis protruſo, ſic tamen, ut hoc magis verſus dextrum, quam verſus ſiniſtrum, latus, eſſet extenſum (*a*). Ut funis gelatinoſa, flava, ſubſtantia, plenus erat, ſic ſimilis inveniebatur inter expanſam funiculi radicem, & peritonæum (*b*), etiam quoad craſſitiem degeneratum, ſic ut integumenta hæc tumoris eſſent admodum turgida.

Aperto tumore mox in conſpectum venit hepar (*c*), ut omnium abdominalium viſcerum maximum, ſic maximam tumoris partem occupans. Hoc, ex ſede ſua protruſum, adhærebat, ligamenti lati (*d*) ope, illi peritonæi parti, quæ tumorem formabat, ſic ut extrinſecus etiam conſpiceretur, per integumenta tumoris transparens (*e*). Lieni (*f*), ſolitum latus occupanti, adpoſitus erat parvus alius, vaſi arterioſo & venoſo adhærens (*g*). Inter hepar & lienem parva

(*z*) Tab. I. b. b. b. Tab. III. Fig. 3. b. b.
(*a*) Tab. I. inter f. & b. dext.
(*b*) Tab. II. b. c.
(*c*) Tab. III. Fig. 2. c. c. c.
(*d*) Tab. III. Fig. 2. d.
(*e*) Tab. I. d.
(*f*) Tab. III. Fig. 2. f.
(*g*) Tab. III. Fig. 2. g.

va ventriculi portio ſeſe offerebat (*h*). Infra dicta viſcera inteſtina tenuia apparebant (*i*), quæ deſinebant in cœcum, ſiniſtrum latus occupans. Adhærebat ileo diverticulum vel appendix (*k*), in latere dextro ſeſe exhibens, communicans cum tubo inteſtinali, & aërem, inteſtinis immiſſum, admittens in mucronem usque, qui incurvatus, ſolidus, tuberculatus.

Hepate una cum liene & inteſtinis reclinato, ventriculus (*l*) conſpiciebatur, qui ex œſophago enatus, oblique deſcendens, non ſolitam, ſed irregularem, habebat figuram. Primo in ſaccum dilatatus (*m*), dein contractus (*n*), tum iterum dilatatus (*o*), porro contractus, ad pylorum (*p*), extrinſecus ſeſe optime forma annulari monſtrantem, deſinebat. Præter hepatis formam, magis globoſam, & extrinſecus potius in tres, quam in duos, lobos diviſam, breviſſimo, eoque ſiniſtro, ſeſe ſupra ventriculum, inter illum atque diaphragma extendente; præter lienem, alterum, parvum, & appendicem ilei, in

(*h*) Tab. III. Fig. 2. h.
(*i*) Tab. III. Fig. 2. i. i.
(*k*) Tab. III. Fig. 2. k. Tab. IV. Fig. 2. c.
(*l*) Tab. IV. Fig. 1.
(*m*) Tab. IV. Fig. 1. b.
(*n*) Tab. IV. Fig. 1. c.
(*o*) Tab. IV. Fig. 1. d.
(*p*) Tab. IV. Fig. 1. e.

in dictis viſceribus, corpore exemtis, nihil memoratu dignum viſum eſt.

Sed alia tum ſeſe obtulit rerum facies. Velamentis tumoris ad latera magis reclinatis (*q*), rotundulus, æquabilis, abdominalium muſculorum ab invicem recedentium, margo (*r*), intra illum prominentiæ bene multæ (*s*), non omnes æque facile diſtinguendæ, occurrebant. Inter has erant renes ſuccenturiati (*t*), medio meſenterio (*u*), a quo liberata & ſoluta inteſtina erant, diſtincti. Integebant hi corpora, magna, tumida, &, ut videbatur, contento humore turgida, renum locum occupantia (*v*); infra hæc alia ſimilis naturæ aderant (*w*). Sequebantur in quoque latere teſtes (*x*) cum ſuis vaſis, dein veſica urinaria tumida (*y*); pone hanc inteſtinum rectum (*z*), & juxta eandem arteria umbilicalis (*a*), ad urachum (*b*), ex ſuperiore parte veſicæ urinariæ, nunc parum antrorſum & deorſum promotæ, enaſcentem, accedens. Aper-

(*q*) Tab. III. Fig. 3. a. a. a. a.
(*r*) Tab. III. Fig. 3. b b.
(*s*) Tab. III. Fig. 3. c. c. e. e. f. f. g. g.
(*t*) Tab. III. Fig. 3. c. c.
(*u*) Tab. III. Fig. 3. d.
(*v*) Tab. III. Fig. 3. e. e.
(*w*) Tab. III. Fig. 3. f. f.
(*x*) Tab. III. Fig. 3. g. g.
(*y*) Tab. III. Fig. 3. i.
(*z*) Tab. III. Fig. 3. h.
(*a*) Tab. III. Fig. 3. k.
(*b*) Tab. III. Fig. 3. l.

Aperto tum thorace, examinatis, exemtis, viſceribus hoc in cavo ſitis (de quibus mox dicam), ut a fonte vaſorum, ſenſim deſcendendo, illorum diſtributionem, decurſum, inveſtigare poſſem, iterum ad renes perveniebam. In vaſis extraordinarii nihil detexi, præterquam quod unicam tantum umbilicalem arteriam, ex iliaca interna enatam, viderim. Renes vero ſingulari ſeſe habebant modo (*c*). Dexter ſesqui pollicem longus, ejusdem circiter latitudinis deprehendebatur (*d*); ſiniſter (*e*) duos pollices longus, duos circiter latus erat; uterque admodum tumidus (*f*), in ſaccum expanſus, cujus ſuperficies inæquabilis, tuberculata (*g*) erat. Quisque unam arteriam (*h*), unam etiam venam (*i*), accipiebat, & in quoque latere hæc vaſa in binos findebantur ramos (*k*), antequam renes attingebant, ſeſeque per externam eorum partem (ſubſtantia enim interna tota conſumta erat) diſtribuebant. De pelvi nihil diſtincti cernebatur, cum toti renes quaſi expanſæ pel-

(*c*) Tab. IV. Fig. 3. 4.
(*d*) Tab. IV. Fig. 3. a. Fig. 4. a.
(*e*) Tab. IV. Fig. 3. b. Fig. 4. b.
(*f*) Tab. IV. Fig. 3. Fig. 4.
(*g*) Tab. IV. Fig. 3. c. c. c. c. Fig. 4. c. c. c. c.
(*h*) Tab. IV. Fig. 4. e. e.
(*i*) Tab. IV. Fig. 4. f. f.
(*k*) Tab. IV. Fig. 4. e. e. f. f.

pelves eſſent. In quoque tamen latere ibi loci, ubi vaſa intrabant, veſicula quædam conſpiciebatur, eodem humore, quem continebant renes, diſtenta (*l*). Inde producebantur ureteres. Horum dexter (*m*) mox inſigniter dilatabatur, ſic ut ab anteriore circiter pollicem latus eſſet, circumferentia autem duos pollices excederet; ſic aliquamdiu progreſſus, ſenſimque capacitate imminutus, tandem adeo contrahebatur, ut canalem hujus naturæ ex adulto homine æquaret, porro iterum, non tamen tantopere, ac in parte ſuperiore, expanſus, demum veſicæ urinariæ ſeſe inſerebat (*n*). In ſiniſtro latere (*o*) principium ureteris maxime erat contractum, dein nunc contrahebatur, nunc dilatabatur, ſic ut quoad capacitatem inter hunc atque dextrum inſignis daretur differentia. Cohærebant renes partibus inferioribus (*p*).

Veſica urinaria, ſupra pelvim multum adſurgens (*q*), contento humore tumida, a poſteriore tres exhibebat prominentias (*r*), quæ, aperto poſtea lotii

(*l*) Tab. IV. Fig. 4. g. g.
(*m*) Tab. IV. Fig. 3. e. f. Fig. 4. h.
(*n*) Tab. IV. Fig. 3. h. Tab. V. Fig. 1. b.
(*o*) Tab. IV. Fig. 3. gg. Fig. 4. i.
(*p*) Tab. IV. Fig. 3. d. Fig. 4. d.
(*q*) Tab. III. Fig. 3. i.
(*r*) Tab. V. Fig. 1. d. d. e.

lotii receptaculo (*s*), totidem appendices erant, intus cavæ, diſtinctis oſtiis cum capacitate veſicæ communicantes (*t*). Superiori veſicæ parti impoſitus urachus (*u*), rotundulæ veſicæ adinſtar ſeſe monſtrabat, & aperto oſtio cum veſica communicabat (*v*); quod quidem orificium dictarum appendicum aperturas ſuperabat.

Ut jam capacitas abdominis vario reſpectu, & in continentibus, & in contentis, partibus, difformis erat, ſic etiam thoracis cavum, & organa, ipſo comprehenſa, præternaturalem monſtrabant fabricam.

Separatis integumentis, ſublatis omni prudentia muſculis, defectus cartilaginum, coſtas ſterno adnectentium, oculos in ſe traxit. Sternum ab anteriore & planius & latius (*w*), quam eſſe cæterum ſolet, maximam partem cartilagineum, medio loco oſſeum (*x*); ſic tamen, ut non diverſa oſſificationis principia adeſſent, ſed unicum conſpiceretur, ſatis longum, a ſuperiori margine ad coſtæ quintæ cartilaginem usque ſeſe extendens; ab inferiore in cartila-

(*s*) Tab. V. Fig. 2. f. g. g.
(*t*) Tab. V. Fig. 2. a.
(*u*) Tab. III. Fig. 3. l. Tab. IV. Fig. 1. k. Tab. V. Fig. 1. 2. c.
(*v*) Tab. V. Fig. 3. a. a. b.
(*w*) Tab. V. Fig. 4. a.
(*x*) Tab. V. Fig. 4. b.

tilaginem enſiformem terminabatur (*y*), primo contractam, dein lateſcentem, & in tres mucrones deſinentem. Quintæ, ſextæ, & ſeptimæ coſtæ cartilagines (*z*), in dextro latere, ad ſternum accedebant; in ſiniſtro ſextæ & ſeptimæ tantum (*a*); ſed in dextro prima, ſecunda, tertia, quarta, a coſtis, vel coſtæ ab his receſſerant (*b*); ſic ut hæ cartilagines, ſolitam longitudinem non adeptæ, & omnes non æque longæ, ſpatium relinquerent, ſola pleura occupatum (*c*), ut hæc inter reliquas coſtas integrasque cartilagines invenitur (*d*). Simile quid in ſiniſtro latere locum habebat, longius autem erat ſpatium, pleurâ occupatum, dum quintæ cartilaginis pars etiam deërat (*e*).

Pone ſternum pleuris accumbebat thymus, ſolito minor. Cor, rotundulum, extrinſecus partes ſuas omnes naturali modo formatas monſtrabat. Canalis autem arterioſus (*f*), anguſtus admodum, omnino tamen pervius, non arteriæ pulmonalis (*g*) con-

(*y*) Tab. V. Fig 4. c.
(*z*) Tab. V. Fig. 4. o. p. q.
(*a*) Tab. V. Fig. 4. r. s.
(*b*) Tab. V. Fig. 4. e. f. g. h.
(*c*) Tab. V. Fig. 4. t.
(*d*) Tab. V. Fig. 4. inter o. p. q. r. s.
(*e*) Tab. V. Fig. 4. i. k. l. m. n.
(*f*) Tab. V. Fig. 5. i.
(*g*) Tab. V. Fig. 5. f.

continuatio (*h*), ſed rami ſiniſtri ramulus videbatur (*i*). Interiora autem cordis a ſtatu naturali recedebant inſigniter, ſic ut hoc reſpectu cor hujus fœtus omnino conveniret cum illo, quod alia occaſione deſcripſi (*k*).

Aperto ſinu & ventriculo dextris (*l*), in pariete inter ſinus medio foramen ovale (*m*), cum appoſita valvula (*n*); venæ cavæ, ſuperioris (*o*), inferioris (*p*), venæque coronariæ (*q*), orificia conſpiciebantur. Intra orificium ventriculi dependebat membrana, in tres valvulas tricuspidales fiſſa (*r*), quibus pauca adhærebant filamenta, ad columnas carneas tendentia. Pone dictam membranam (*s*) orificium aderat inſigne, quod ducebat ad arteriam aörtam (*t*), aliud, loco inferiori conſpicuum (*u*), quo patebat arteria pulmonalis. Communicabat præterea dexter ventriculus cum ſiniſtro, ſic ut quatuor haberet

(*h*) Albini Annot. Acad. lib. 2. cap. 19. Tab. 7. fig. 7. l. m.

(*i*) Tab. V. Fig 5. f. h. i.

(*k*) Obſervat. lib. 1. cap. 1. pag. 27. ſeq. & ei adnexis Tab. I. Tab. II. Tab. III. Fig. 1. 2. 3. 4.

(*l*) Tab. VI. Fig. 1.

(*m*) Tab. VI. Fig. 1. e.

(*n*) Tab. VI. Fig. 1. f.

(*o*) Tab. VI. Fig. 1. g.

(*p*) Tab. VI. Fig. 1. h.

(*q*) Tab. VI. Fig. 1. i.

(*r*) Tab. VI. Fig. 1. k. k. k.

(*s*) Tab. VI. Fig. 1. o.

(*t*) Tab. VI. Fig. 1. n.

(*u*) Tab. VI. Fig. 1. p.

beret oſtia, primum, quo ex ſinu venoſo ſanguinem accipiebat, ſecundum & tertium, per quæ in arterias ſanguinem propellebat, quartum, quo ambo ventriculi communicabant.

Hæc omnia tanto apparuere melius, fiſſa valvula (*v*), pone quam aörtæ principium deliteſcebat, &, una cum ſinu (*w*), etiam arteria aörta (*x*). Hæc itaque cum dextro & ſiniſtro communicabat ventriculo, habebatque duo orificia, alterum majus, nunc plane diſſectum, in dextrum ventriculum hians (*xx*), alterum minus, ex ſiniſtro ſanguinem accipiens (*y*). In principio arterioſi hujus canalis aderant tres valvulæ, pone binas harum orificia arteriarum coronariarum (*z*), quorum alterum altero capacius.

In ſinus ſiniſtri (*a*) partem dextram binæ (*b*), in ſiniſtram unica (*c*) vena pulmonalis ſeſe evacuabant, patebatque in medio pariete foramen ovale (*d*).

Ven-

(*v*) Tab. VI. Fig. 1. o. Fig. 2. d. d.

(*w*) Tab. VI. Fig. 2. b. c.

(*x*) Tab. VI. Fig. 2. h.

(*xx*) Tab. VI. Fig. 2. h. i. i. i.

(*y*) Tab. VI. Fig. 2. m. Fig. 4. i.

(*z*) Tab. VI. Fig. 2. k. k.

(*a*) Tab. VI. Fig. 4.

(*b*) Tab. VI. Fig. 4. d. d.

(*c*) Tab. VI. Fig. 4. e.

(*d*) Tab. VI. Fig. 4. c.

Ventriculus hujus lateris, parvus admodum (*e*), præter foramen (*f*), quod & cum arteria aörta communicabat, & cum ventriculo dextro, memoratu dignum nihil præbuit.

Arteria pulmonalis (*g*), ſolitæ capacitatis, ex ventriculo dextro producta (*h*), orificium non adeo amplum (*i*) habebat, & in illo orificio, non tres, ſed duæ tantum (*k*), aderant valvulæ.

Concurrunt in enarrato caſu plura, quæ a ſtatu naturali recedunt; & ſeorſim conſiderari merentur.

Compreſſum in utero quam maxime fuiſſe totum pueri corpuſculum, nec ſeſe, debito modo, explicare potuiſſe, tota ipſius figura abunde probat. Hinc enim derivanda videtur capitis mala conformatio, ſpinæ dorſi verſus cavum abdominis prominentia adeo inſignis, ut viſcera contineri eodem non valuerint, ſed hernioſum produxerint tumorem; hinc ejusdem in dorſo fiſſura (*l*), & medullæ ſpinalis de-

(*e*) Tab. VI. Fig. 4. g. g. h.
(*f*) Tab. VI. Fig. 4. i.
(*g*) Tab. VI. Fig. 3. d.
(*h*) Tab. VI. Fig. 3. b. b.
(*i*) Tab. VI. Fig. 3. c.
(*k*) Tab. VI. Fig. 3. e. f. f.
(*l*) Conf. C. Bauhini de hermaphroditorum monſtroſorumque partuum natura. lib. 1. pag. 130.

deſtructio; hinc pectoris anguſtia, & cartilaginum plurimarum coſtarum defectus; hinc pedum contorſio tanta, ut, quæ ab anteriore eſſe deberent, partes a poſteriore conſpicerentur (*m*); nam ut recte jam monuit Bauhinus (*n*), ſi quæ ventrem arctius conſtringunt, fœtus obſtipos, repandos, incurvos, gibboſos, pedibus, manibus, omnibusque artubus diſtortos, edunt, quia fœtus nec libere moveri, nec commode membra extendere, poteſt; & talem conſtrictionem partium poſt lapſum etiam locum habere, antea probatum eſt (*o*).

Inteſtina, in principium funis, illapſa, in fœtubus parvis admodum, umbilicalem herniam formaſſe,

(*m*). Diſtortis & vel introrſum vel extrorſum, varos valgosque dicunt, curvatis pedibus a pravo in abdomine matris ſitu, ſæpiſſime naſci infantes, notiſſimum; ſic autem fuiſſe contortas extremitates inferiores, ut poplites ab anteriore conſpicerentur, vix notatum legitur, quando pelvis oſſa ſimilem mutationem non ſubierunt. Spinam autem ipſam adeo contortam vidit Mery, ut genitalia, genua, pedes, in parte poſteriore corporis apparerent. Mem. de l'Acad. des Scienc. année 1700. hiſt. pag. 54. Edit. Amſtel. Conf. Rzadzynski hiſt. natur. Poloniæ pag. 354.

(*n*) Lib. cit. pag 130.

(*o*) Pag. 4. 5. 6.

ſe, dictum eſt (*p*). Nec raro in maturis ſimilis generis tumor viſus eſt, qui tamen non ſemper easdem continuit partes. Inteſtina (*q*), hepar (*r*), aut cum iis lien, ventriculus, pluresque partes aliæ (*s*), intra talem tumorem fuere viſæ. Ut autem per violentiam externam, aliamve cauſam, hernia talis producta legitur, ſic in aliis caſibus, prægreſſis iisdem cauſis, capacitas abdominis ab anteriore tota aperta viſa

(*p*) Conf. harum obſervationum lib. 1. cap. 4. pag. 73. In duobus embryonibus ſex circiter hebdomadum idem obſervavit Clar. van Doeveren Specim. obſervat. Acad. cap. 2. pag. 59. Inſp. Wrisberg Deſcript. Anatom. embryonis obſ. 4. in Theſaur. Diſſert. vol. 3. pag. 232.

(*q*) Talem funis prope abdomen dilatationem vidit Mauriceau, ut omnia inteſtina tenuia in eo continerentur, tumorem inſignem formantia. Obſervat. ſur la groſſeſſe & accouchemens des femmes obſ. 448. pag. 371. obſ. 554. pag. 460. Hoechſtetter Obſervat. Medic. Dec. 6. caſ. 5. pag. 695. Haller Oper. min. Tom. 3. pag. 10. 314.

(*r*) Gesner in Breslauiſche Samml. 1724. pag. 420. Schæffer Acta Phyſico-Medica. Tom. 3. obſ. 1. Buchholtz de Hepatomphalocele congenita. Argent. 1768.

(*s*) Mauriceau Obſervat. ſur la groſſeſſe & accouchemens des femmes. obſ. 64. pag. 53. 54. Mery Memoir. de l'Acad. des Sciences année, 1716. Boneti Medic. Septentrion. Tom. 2. pag. 136. Ritter Act. Phyſico-Medica. vol. 8. obſ. 88. Schulze ibid. pag. 502. Roederer Opuſc. Medic. Tom. 1. pag. 102. Ruiſch obſervat. Medic. Chir. obſ. 72. 73. Haller Oper. min. Tom. 3. pag. 9. 314.

viſa eſt, ſic ut viſcera, plane nuda, extra abdomen propenderint (*t*).

Duplicis, triplicisque, lienis (quem abfuiſſe (*u*) nonnulli adſerunt) exempla varia jam collegi (*v*), harum obſervationum numerus enarratâ non tantum adaugetur, verum & aliâ, in cadavere neonati pueri, elapſa hyeme, factâ, in quo præter lienem ſolitæ magnitudinis, quatuor alios vidi, parvos, ſed ſingulos, & ab arteria & a vena lienali ramum accipientes.

In cadavere ita poni ſolet ventriculus, ut & œſophagus in eum deſcendat, & viciſſim ab eo adſcendat pylorus, ut arcus maximus inferior ſit, curvatura minor ſuperior, & intercepta his arcubus planities ventriculi anterior peritonæum contingat. In

(*t*) Conf. G.A. Fried Diſſ. de fœtu inteſtinis plane nudis extra abdomen propendentibus nato; in Theſaur. Diſſert. vol. 1. pag. 313. Hic obſervationes plures, cum noſtra, quoad herniam umbilicalem comparandas, collegit. Inſp. Oehme de morbis recens natorum chirurgicis, in Roſen Handleiding tot de kennis en geneezing van de ziekten der kinderen. II. D. pag. 366. ſeq.

(*u*) Winſlow Memoir. de l'Acad. des Sciences année 1740. pag. 814. Edit. Amſtel.

(*v*) Obſervat. lib. 2. cap. 7. pag. 127. 128.

In vivo homine inteſtina ventriculum ita repellunt, ut planum anterius una paulum ſuperius, poſterius una paulum inferius, arcus major paulo anterior, minor poſterior ſit, & œſophagus retrorſum inclinetur; ubi autem receptis turget, ſurgit antrorſum pars inferior, quo ad arcus major peritonæum contingat, arcus minor ſua cornua retrorſum oſtendat, planum interceptum, quod poſterius fuit, ſit inferius, ſuperius vero ſit, quod erat anterius (*w*). Non autem dictis occaſionibus ventriculus transverſus, ſed oblique, poſitus eſt; occupat enim tali modo cameram abdominis ſuperiorem, ut ſiniſtrorſum magis vergat, amplæ meſocoli membranæ, quæ ſuperiorem cameram abdominis ab inferiori diſtinguit, incumbat, &, uti in dextro latere extremitatem parvam ſub hepatis partem convexam quodammodo abſcondit, ſic magna extremitate ſiniſtram partem ſuperioris abdominis cameræ ferme totam occupat, & ſub cavum diaphragmatis ita ſeſe dimittit, ut in ſanis ſemper marginem lobi hepatis minoris, ſiniſtrorſum ſpectantem, a margine lienis ſuperiore diſtinguat. Sequitur hinc, quod curvatura magna ſiniſtrorſum & extrorſum vertatur, mi-

(*w*) Haller Elem. Phyſiol. Tom. 6. pag. 120.

minor vero concavam hepatis partem reſpiciat, dum ſimul per ſingularem flexum, introrſum factum, orificia, quæ viderentur multum diſtare debere, propiora redduntur, eo magis, ſi ventriculus, vel alimentis vel aëre diſtentus, curvaturâ magnâ valide expanſâ, in minore contrahitur (*). Sæpiſſime autem ſitus naturalis mutatur. Ventriculum pylori, quod vocant, antrum, deorſum verſus ſub umbilico protendiſſe, vidit Morgagni (*x*), & in alio cadavere nimis dextrorſum oblique inclinatum eundem conſpexit (*y*). A diaphragmate ad pubem fere usque deſcendentem ventriculum, inverſum, memoravit Boerner (*z*). In relato caſu ſitus ventriculi maxime obliquus fuit, ab inteſtinis, ſacco hernioſo contentis, deorſum, antrorſumque protracti, ut ab hepate duro, maximo, ſæpiſſime compellitur in regionem umbilicalem (*a*), vel & ab omento, herniæ incluſo, deorſum trahitur (*b*).

Ali-

(*) Conf. Ludwigii Program. de ſitu viſcerum in infimo ventre pag. 10. 11.

(*x*) De ſed. & cauſ. morborum Epiſt. 4. art. 16.

(*y*) Lib. cit. Epiſt. 52. art. 2.

(*z*) Act. Acad Nat. Cur. vol. 10. App. pag. 233. Tab. II. fig. 1.

(*a*) Morgagni lib. cit. Epiſt. 21. art. 24.

(*b*) Idem lib cit. Epiſt. 67. art. 11.

Aliqua in ſede pluribusque in locis quandoque anguſtior ventriculus eſt, ſic ut in binos quaſi ſaccos dividatur, & frequenter hoc vidit Hallerus (*c*). Non quidem hoc in fœtu adeo inſignis hæc ſtrictura fuit (*d*), ſed in cadavere phthiſicæ puellæ, medio circiter loco, adeo contractum ventriculum conſpicere licuit, ut ex binis ſaccis, per medium, anguſtum, iſthmum communicantibus, conſtare videretur, qualem etiam depinxerunt Heiſter (*e*), Reinmann (*f*). In aliis cadaveribus ſæpius, magis minusve notabilem, ſtricturam talem (*g*) vidi, quam tamen aër, œſophago vi quadam impulſus, ſuperavit, delevit, ſic ut huic cavo naturalis redierit forma. Dubium Morgagno non

(*c*) Elem. Phyſiol. Tom. 6. pag. 110.

(*d*) Tab. IV. Fig. 1.

(*e*) Act. Acad. Nat. Cur. vol. 10. obſ. 16. Tab. 1. Fig. 3.

(*f*) Nov. Act. Acad. N. C. Tom. 1. obſ. 76. Tab. 6. Fig. 3. Talem ſeſe etiam vidiſſe memorat Delius Ibid. Tom. 6. obſ. 3.

(*g*) Conf. Riolani Anthropogr. lib. 2. cap. 20. Blaſii Obſervat. Anatom. Pract. pag. 120. Amyand in Philoſ. Transact. N°. 422. in Mihles Medic. Eſſays vol. 2. pag. 256. Petsch Sylloge Anatom. Obſervat. art. 84. in Halleri Collect. Diſput. Anatom. Tom. 6. pag. 782. Morgagni de ſed. & cauſ. morborum Epiſt. 16. art. 38. Epiſt. 30. art. 7. 8. Epiſt. 36. art. 3. Epiſt. 37. art. 28. Greding in Ludwigii Adverſar. medic. pract. vol. 3. pag. 83. 686. Hic aliquoties adeo transverſim contractum ventriculum conſpexit, ut primo intuitu binos ventriculi ſaccos, & quaſi ventriculum duplicem, repræſentaret.

non fuit, quin hujusmodi ſtricturæ ventriculi eſſent a primordiis (*h*), & docet fœtus noſtri diſſectio, revera talem conformationem jam ante maturitatem adfuiſſe. Non tamen negandum, alias, poſtea demum ſubortas, cauſas ſimilem talem conſtrictionem produxiſſe (*i*).

In tenuibus inteſtinis, præſertim in ileo, quandoque proceſſus conſpiciuntur, qui appendicis vel diverticuli adinſtar ipſi adhærent (*k*). Hi vel ex parte, meſenterio oppoſita, oriuntur, vel ex loco, huic vicino, ſic ut partem meſenterii etiam ſecum rapiant, angulumque cum inteſtino nunc rectum, nunc acutum, forment (*l*). Hos autem ex cauſis morboſis, v. gr., diſtentione per dura & renitentia, non ſemper enaſci, iterum (*m*) hæc obſervatio probat, ſimi-

(*h*) Lib. cit. Epiſt. 26. art. 32. Epiſt. 36. art. 3. Hujus opinionis etiam erat Wurfbainius, qui in Eph. Nat. Cur. Dec. 2. ann. 7. obſ. 252. ventriculum, duos globos, per canalem coadunatos, referentem deſcripſit.

(*i*) Conferendi videntur caſus a Reinmanno in Nov. Act. Acad. Nat. Cur. Tom. 1. obſ. 76. & Mangoldo in Act. Acad. Moguntinæ Tom. 2. pag. 443. relati.

(*k*) Inſp. harum Obſervat. lib. 1. cap. 10. pag. 121.

(*l*) Ludwig Adverſar. Medico-practica vol. 1. pag. 371.

(*m*) Obſervat. har. lib. 1. cap. 10. pag. 124. tab. 8. fig. 8.

ſimilem in fœtu immaturo proceſſum exhibens, ſicque non tantum citatorum antea auctorum, ſed & Ludwigii (*n*), opinionem confirmat. Hic diu in ea opinione perſeveravit, proceſſus tales non in formatione prima inteſtinorum ortos, ſed ex dictis cauſis morboſis enatos eſſe, verum animadvertens, in proceſſibus talibus neque attenuationem, neque calloſitatem tunicarum conſpici, ſed eas potius omnes ea ratione, qua in reliquo & ſano inteſtini tubo, comparatas eſſe, dubium non eſſe cenſuit, ſimiles proceſſus omnes a prima delineatione ita formatos eſſe, præſertim poſtquam Clar. Tilling exemplum ipſi communicaverat, ubi ex fœtus inteſtino in convolutionibus ilei ſiniſtris ejusmodi ſatis longus & anguſtus proceſſus prominebat (*). Acquirunt autem talia diverticula ſingularem ſubinde figuram. Quod ſacco hernioſo contentum, a Littrio, ſeculi hujus principio dete-

(*n*) Lib. cit. vol. 1. pag. 373. 377. Ad hanc opinionem etiam accedit Delius Nov. Act. Acad. N. C. Tom. 6. obſ. 3.

(*) In cadavere puellæ unius anni ſimilem proceſſum præternaturalem obſervavit Gebhard Adverſar. Medic. pag. 37. Ex omnibus autem, quæ exſtant, caſibus illud concludendum videtur, ſubinde vitium hoc connatum, ſubinde poſtea ex cauſis morboſis productum fuiſſe. Conf. Clar. Richter Abhandlung von den Brüchen II. Band. pag. 71.

detegebatur, ad orificium anguſtius, paulo poſt ampliatum, deinde rurſus contractum, & tandem in tres minimos apices, unum extremum, & duos laterales, extenſum erat (*o*). Illud, quod Greding in maniaci cadavere vidit ex ileo, tres circiter pedes ab ejus inſertione in cœcum, non inconſueta ratione enatum, ad angulum rectum, figura quodammodo conica, proxime a meſenterio, hoc etiam ad decem usque altitudinis ſuæ lineas comitante, inſigniterque revinciente, non in longitudine extentum & tenue erat, ſed potius in ampullam, utcunque globoſam, expanſum, & tunicarum firmitate æque craſſum, ac inteſtinum ipſum comparebat: apex ampulloſus, capitulum haud inepte repræſentans, ſupremæ conicæ appendicis parti, ceu collo inſiſtens, vaſis ſanguiferis ornatus, in ſitu cum meſenterio fere ad perpendiculum parallelo ſpectatus, anterius parvo quaſi monticulo auctus erat (*p*).

Renes, invicem non tantum nexi, ſed & ſingulari ratione conformati, maximopere una cum ureteribus

(*o*) Mem. de l'Acad. des Sciences année 1700. pag. 421. Edit. Amſt.

(*p*) In Ludwigii Adverſar. Medic. Pract. vol. 3. pag. 691.

ribus expanſi fuerunt (*q*). De ſubſtantia vix quicquam ſupererat, ſed ex plurimis veſiculis, humore plenis, conſtabant, quæ non erant niſi pelvis rami maxime dilatati. Sufficiat, (dum alibi de nexu renum, ureterum inſigni expanſione, aliisque vitiis dicam) notaſſe, extrinſecus talem habuiſſe figuram, talem expanſionem, ut ferme conveniant cum renibus, quos Cl. Portal deſcripſit, ea differentia, quod hic tales non in fœtu, ſed in cadavere fœminæ, viderit. Erant admodum magni, extrinſecus, ut in fœtu, inæquales, una cum pelvi & ureteribus inſigniter expanſi, & confluente utriusque renis ſubſtantia ab inferiore ſic nexi, ut ligamenti ſpecies adeſſe videretur (*r*).

Veſica urinaria extrinſecus tuberculata erat (*s*), præſertim in parte poſteriore & laterali ſiniſtra. In parte poſteriore unicum, in dicto latere bina aderant tubercula, intus cava, & per anguſtam aperturam cum cavo veſicæ communicantia. Veſica ipſa carnoſa

(*q*) Tab. IV. Fig. 3. 4.

(*r*) Memoir. de l'Acad. des Sciences année 1767. Hiſt. pag. 86. Edit. Amſt.

(*s*) Tab. V. Fig. 1. 2.

noſa craſſitudinem notabilem habebat. Tales appendices aliquoties ab aliis animadverſæ leguntur, & ſeſe vel in lateribus, vel in fundo, oculis exhibuerunt. Quæ in lateribus viſæ ſunt, vel majores vel minores & numero variæ fuerunt (*t*), ac non raro calculis domi-

(*t*) Collegit plurimas obſervationes, huc referendas, J. F. de Broke in Diſſ. de veſicæ urinariæ appendicibus, Argentorati 1754. pag. 3. ſeq. ſimulque ipſe notabilem adjecit, quæ & quoad renes & quoad veſicæ tubercula cum noſtro caſu conferri meretur. In cadavere mulieris ambo renes, præternaturaliter magni, ſaccos quaſi repræſentabant, integre conſumtis eorum vaſis & parenchymate. Morboſi hi ſacci præter ſeri urinoſi, materiæque purulentæ quantitatem, capacitati ipſorum reſpondentem, novendecim calculos includebant, quorum unus nucem juglandem, reliqui avellanas, piſa majora, minoraque magnitudine æquabant, miræ figuræ, quæ cava, in quibus generabantur, æmulabantur, præter ingentem minorum, ſemina lini æquantium, numerum, quorum quidam cavi, ſabuloque repleti, cuncti vero egregie flavi politique erant. Ureteres pro ratione tot calculorum renalium, parum diſtenti, more ſolito ſeſe ingerebant in veſicam. Hæc minor, figuræ ſubrotundæ, compreſſæ, nonnihil ovalis, magis latæ prope collum, in fundo vero aliquantum acuminatæ, extrinſecus & intrinſecus glabra, nec præter modum craſſa, in utroque latere ſupra inſertionem ureterum duas habebat eminentias, nucis moſchatæ magnitudine, quas craſſæ ſatis fibræ carneæ in ambitu ſuo circumdabant; eandem tunicæ illarum cum tunicis veſicæ craſſitiem obtinebant, niſi quod fere nulla fibrarum carnearum veſtigia in illis obſervarentur. Ad latus appendicis ſiniſtræ in parte veſicæ poſteriore, qua vaginam reſpicit, initium novæ ſimilis cellulæ conſpiciebatur; orificia harum appendicum, quarum ope cum veſica communicant, diametro maximæ earum fere reſpondebant, duplicato plus minus in valvulæ modum orificii limbo.

Aper-

domicilium præbuerunt (*u*). In parte ſuperiore dictæ veſicæ aliud erat diverticulum, inſigni apertura (*v*) cum veſica communicans, & hoc nihil videbatur aliud, quam principium urachi inſigniter dilatatum. Lites, quas de urachi utilitate, apertura, ſæpius obortæ & motæ ſunt (*w*), nunc dirimere, non lubet, ſed ex hoc caſu, in quo viæ urinariæ omnes urina multum erant diſtentæ, urachus vero non niſi ad par-

Apertura vero tertiæ membranâ, valvulam ſemilunarem imitante, fere tota obtecta erat.

(*u*) Calculos binos poſſideo triangulares, inſignis magnitudinis, quorum alter per cyſtotomiam extractus, alter poſt mortem in appendice veſicæ inventus eſt. Plures auctores & calculos in talibus cellulis viderunt, & veſicas, ſic degeneratas, delinearunt. Legi merentur, quæ collegerunt Houſtet Memoir. de l'Acad. de Chirurgie. Tom. 1. pag. 395. Le Cat ſur l'adherence des pierres à la veſſie. pag. 28. 29. Nat. en Geneesk. Biblioth. I. D. pag. 135. Parſons deſcription of the human urinary bladder Tab. 7. fig. 2 Broke de veſicæ urinariæ appendicibus. pag. 14. Muller de rara veſicæ calculi obſervatione art. 4. Nat. en Geneesk Biblioth. VII. D. pag. 54. & præprimis Cl Lobſtein in Diſſertatione de calculis veſicæ urinariæ cyſticis. Argentorat. 1774., qui ſimul delineationem hujusmodi veſicæ, in Theatro Argentoratenſi aſſervatæ, dedit. Ortum harum appendicum explicare multi anniſi ſunt, ante nativitatem illas quandoque adeſſe, noſtra obſervatio probat.

(*v*) Tab. V. Fig. 3.

(*w*) Conf. Halleri Notæ in H. Boerhaave Prælect. Acad. vol. 5. part. 2. pag. 365. Elem. Phyſiol. Tom. 7. pag. 310. ſeq. Wrisberg deſcript. Anatom. embryonis in Theſaur. Diſſert. vol. 3. pag. 246. not. n.

parvam diſtantiam apertus, patere videtur, transferendæ urinæ minime deſtinatum illum eſſe. Apertum eundem tamen ad aliquam a veſica diſtantiam plures viderunt (*x*), & totum aliquando fuiſſe pervium indicant ac declarant urinæ per umbilicum emiſſæ exempla (*y*), licet Hallerus, hos caſus etiam aliter explicari poſſe, credat (*z*).

Extendit ſeſe urachus in umbilicalem funem, acceduntque ad eundem vaſa, arteriæ binæ, vena unica. Ab hac tamen, plerumque conſtanti, lege ſubinde natura recedit. Unica in noſtro caſu adfuit arteria, unicam viderunt & alii (*a*), venam contra dupli-

(*x*) Auctores, nota præcedenti adducti, multa talia exempla habent. Inſpiciantur præterea Noreen de uracho in Halleri Collect. Diſput. Anatom. Tom. 5. pag. 727. Albinus Annot. Acad. lib. 1. cap. 6. pag. 28. Tab. III. Fig. 4. Boehmer Program. de uracho humano, quod etiam exſtat in Faſciculo Diſſert. Anatom. Medic. pag. 63. Commerc. Litter. Ann. 13. pag. 283.

(*y*) Albini Annot. Acad. lib. 1. cap. 6. pag. 29. Hic talia exempla collegit multa. Conf. Nat. & Geneesk. Biblioth. II. D. pag. 141. in not.

(*z*) Elem. Phyſiol. Tom. 7. pag. 314.

(*a*) Caſp. Bauhinus Theatr. Anatom. lib. 1. cap. 13. Hebenſtreit fun. umbil. pathol. pag. 13. in Halleri Collect. Diſput. Anatom. Tom. 5. pag. 682. Haller Elem. Phyſiol. Tom. 7. pag. 496. Wrisberg deſcript. Anatom. embryonis. obſ. 4. in Theſaur. Diſſert. vol. 3. pag. 234.

duplicem, aut bifidam, vel & trifidam notarunt nonnulli (*b*).

Teſtes, in abdomine fœtus ſiti, deſcendunt ſenſim in ſcrotum, ſed, licet in nato infante ſæpe hoc in ſacco animadvertuntur, tamen non eodem ſemper tempore (*c*) abdomen relinquunt, & per experimenta nondum hocce tempus ſatis definitum eſt (*d*). Quan-

(*b*) Haller Elem. Phyſiol. Tom. 8. pag. 221.

(*c*) Trew de differentiis quibusdam inter hominem natum & naſcendum intercedentibus pag. 111.

(*d*) Hallerus in nuper natis ſcrotum adhuc inane reperit. Opuſc. Pathol. obſ. 34. Oper. Minor. Tom. 3. pag. 312. not. y. & loca conſentientium ſcriptorum in Comment. ad Prælect. Boerhavii Tom. 5. part. 2. pag. 293. citavit. Conf. Elem. Phyſiol. Tom. 7. pag. 413. Petit. Memoir. de l'Acad. des Sciences année 1723. hiſt. pag. 39. Edit. Amſt. Levret Journal de Medecine Tom. 37. pag. 362.; cauſamque deſcenſus in reſpiratione poſuerunt; verum ut ipſe in neonatis ſemper teſticulos in ſcroto vidi, ſic J. Hunterus etiam, qui exactiſſime in ſitum, deſcenſumque teſtis inquiſivit, ex bene multis obſervationibus concludere debuit, circa octavum menſem illos abdomen relinquere; ſeptimo enim plerumque eos in abdomine conſpexit, nono ferme ſemper in ſuperiore parte ſcroti. Medical Commentaries Part. 1. pag. 80. Conf. Cl. Girardi in Explic. J. D. Santorini Tab. Anat. ſeptendecim Parmæ 1775. pag. 187. Multum lucis huic rei ſine dubio affundet Cel. Wrisbergii Commentarius de teſticulorum ex abdomine in ſcrotum deſcenſu, ad illuſtrandam in chirurgia de herniis congenitis utriusque ſexus doctrinam, quem in conventu Academiæ Gottingenſis

E die

Quandoque autem in uno alterove latere (*e*), vel & in utroque (*f*), in pueritia deficiunt, & vel plane non animadvertuntur (*g*), vel in inguine ſubſiſtunt (*h*), ibique tumorem formant, qui incautis (*i*), & minus peritis, chirurgis ſæpe impoſuit, ſic

die 14. Nov. 1778. fuiſſe prælectum, narratur in Göttingiſche Anzeigen. 1778. n°. 156.

(*e*) Fantoni Anatomia. pag. 148. Eph. Nat. Cur. Dec. 1. ann. 2. obſ. 236. Ann. 4. obſ. 13. Salmuth Cent. 1. obſ. 19. Duverney Oeuvres Anatomiques. Tom. II. pag. 290. Act. Medic. Berol. Dec. 1. vol. 8. pag. 73.

(*f*) Bartholini Hiſtor. Anatom. Cent. 1. hiſt. 36. Act. Hafn. vol. 1. num. 106. vol. 4. obſ. 66. vol. 5. obſ. 68.

(*g*) Retulit Graafio Franc. de le Boe Sylvius, ſe in nobili quodam viro utrumque teſticulum in cavitate abdominis latentem inveniſſe. De virorum organis generationi inſervientibus. pag. 9. In cadavere juvenis alterum teſticulum in abdomine ſitum vidit Borrichius Act. Hafn. vol. 4. obſ. 66.

(*h*) Clar. Roëll, Ruiſchii ſucceſſor, in viri cadavere teſticulum ſiniſtrum ſolum in ſcroto reperit; dexter vero maximam partem in abdomine a latere veſicæ, minorem vero in inguine eo loci, ubi funiculus vaſorum ſpermaticorum per muſculos abdominis tranſit, poſitus erat, primoque intuitu herniam umbilicalem æmulabatur. Ruckeri Epiſt. ad Trewium in Commerc. Litterar. Norimb. ann. 6. pag. 109.

(*i*) Scrotum, tali in caſu, ſedulo examinandum, an bini teſtes adſint; licet & hoc examen fallere poſſe, obſervatio, a Sibbern Actis Societatis Medicæ Hafnienſis inſerta, pag. 320. probat. Faber lignarius, ætatis vigeſimum ſextum, fœcundi conſortii quartum, agens, a violento niſu in imo ventre acutum dolorem ſentiit. Aderat in inguine ſini-

ſic ut illum pro hernia habuerint (*k*), & firmum, ferreum etiam, ſubligaculum applicuerint, unde atroces dolores, intumeſcentiæ, inflammationes, ſubortæ ſunt (*l*). Rarius ibi per totam ſubſiſtunt vitam

ſiniſtro tumor herniosus, qui, ſecta ad animi deliquium vena, repulſus eſt. Aderant in ſcroto bini teſtes. Sed remanebat portio, reliquorum viam legere neſcia, tranſitui per annulum pertinaciter obſtans, quæ, applicatis neceſſariis, in ſcrotum deſcendit & patuit eſſe tertius teſtis. Subinde etiam pone teſtem parva portio inteſtini deliteſcere poteſt, herniam formans. Conf. Clar. Richter Abhandlung von den Brüchen I. Band. pag. 44.

(*k*) Novit Riolanus virum nobilem, qui numeroſam prolem e lectiſſima conjuge ſuſcepit, cum tamen haberet dextrum teſticulum in inguine latentem, qui herniæ ſpecie medicos & chirurgos feſellit. Anthropogr. lib. 2. cap. 29. pag. 153. Simile exemplum viſum Diemerbroeckio in viro forti, liberis plus ſatis ditato. Anatom. lib. 1. cap. 22. Operum pag. 109.

(*l*) Paré Oeuvres liv. 7. chap. 16. Hic cum in puero, a chirurgo imperito fruſtra & miſere veluti hernioſo curato, unicum tantum in ſcroto teſtem ſubeſſe, animadvertiſſet, ac nunquam caſtratum puerum reſciviſſet, procul dehinc ab ipſo emplaſtra & ſubligacula removeri juſſit, parentibusque edixit, ut ipſum currere & ſaltare permitterent, quo promoveretur in ſcrotum teſticulus, eventu voto & ſpëi conceptæ ſenſim & ſine dolore reſpondente. —— Loquitur Platerus de juvene, octodecim circiter annorum, qui ſcrotum ab incunabulis vacuum habuit, teſticulis utrimque in inguina retractis, unde monticuli ibidem apparentes empiricis chirurgis occaſionem dederunt, conjecturandi de hernia inguinali utriusque lateris, qui tandem, hac re extra dubium poſita, ſua opinione firmi, perperam ſubligacula applicuere, non ſine magno dolore ac lancinatione. Obſervat. ſelect. mantiſſa

tam (*m*), ſed plerumque pedetentim, nec abſque incommodis (*n*), deſcendunt, aut, ſi poſt nativitatem hunc ſuum proventum, deſcenſumque morantur, pubertatis tempore, quando hæc organa magis increſcunt, atque explicantur, ſitum ſuum mutant (*o*), aut fortiori corporis motu quaſi expelluntur (*p*).

Ex

tiſſa obſ. 47. pag. 101. Quellmaltz de ſerotino teſtium deſcenſu in Halleri Collect. Diſput. Anatom. vol. 5. pag. 6.

(*m*) In homine quinquagenario teſticulum dextrum in inguine latitantem, ſolum ſiniſtrum in ſcroto vidit Seger Ephem. Nat. Cur. Dec. 1. ann. 8. obſ. 32. In juvene viginti trium annorum Schröckius Ibid. Dec. 2. ann. 2. obſ. 14. Conf. Morgagni Adverſar. Anatom. 4. pag. 1. Schenck Obſervat. lib. 4. obſ. 151. Hildanus Cent. 2. obſ. 59. Kerkring Spicil. Obſervat. Anatom. obſ. 13. Bauhini Theatr. Anatom. pag. 94. Haller Opuſc. Pathol. obſ. 34. Oper. Minor. Tom. 3. pag. 315.

(*n*) Se aliquando ad puerulum vocatum eſſe memorat Trew, in cujus inguine ſiniſtro ſex vel octo poſt partum diebus durus & ruber ſubortus erat tumor, ad tactum tenello ejulatus excitans, a teſte formatus, cujus deſcenſum emollientibus adhibitis promovit. Commerc. Litter. Norimb. 1736. pag. 3. Stranguriam, intumeſcentiam pubis, aliaque mala, inde nata, obſervavit Ledelius Eph. Nat. Cur. Dec. 3. ann. 3. obſ. 107.

(*o*) Paré loc. cit. Salmuth Obſervat. Cent. 1. obſ. 91.

(*p*) Brechtfeld in Act. Hafn. vol. 1. obſ. 106. Juvenis octodecim annorum, dum ex rheda fortius in terram proſilit, ingentem in ſiniſtro inguine percipit dolorem, ut animo deficeret. Parentes ex tumore, in inguine animadverſo, herniam metuebant, ſed vocatus Brechtfeld, examinato & tumore & ſcroto, herniam adeſſe nullam pronunciavit,

Ex viſceribus, thorace, ob deficientes nonnullarum coſtarum cartilagines (*q*), non rite defenſis, cor præcipuam mereri attentionem viſum eſt, quippe ſimile vitium exhibens, quale antea prolixius deſcripſi (*r*). Quotquot etiam obſervationem meam hactenus recenſuerunt Auctores, rariſſimam eam non ſolum dixerunt, ſed ferme in ſuo genere unicam, adeoque maxime mirandam, ſaltem, quantum ſcio, talem, ab alio notatam, adduxit nemo; &, quamvis ab eo tempore ſedulo in id inquiſiverim, ſingulares qui-

ciavit, aſt linimentis & cataplasmatibus emollientibus appoſitis, deſcenſum teſticuli in ſcrotum promovit. Si vero uſus emollientium ſcopo non ſatisfacit, Levret ſuadet, ut digitis prudenter comprimatur annulus, & inferiora verſus quaſi exprimatur teſtis, dein vero roborantibus, ſpleniis, faſcia, hernia hoc in loco præcaveatur. Journal de Medecine Tom. 37. pag. 363. Emollientia tamen plerumque ſcopo ſatisfaciunt, & talibus remediis, duobus pueris, alteri duodecim, alteri quindecim annorum, teſtes, ſupra pubis oſſa imo ventre concluſos, in ſcrotum eſſe evocatos Ruland adfirmat. Curat. Empiric. Cent. 5. curat. 97. Conf. J. M. Hoffmanni disquiſitio corporis humani anatomico-pathologica. pag. 96.

(*q*) Defeciſſe non tantum coſtarum cartilagines, ſed & ſternum atque claviculas, ſic ut thoracis viſcera nuda conſpicerentur, motusque cordis ſeſe oculis offerret, in infante, cæterum bene conformato, & per viginti quatuor horas ſuperſtite, legitur. Mem. de l'Acad. des Sciences année 1760. Hiſt. pag. 86. Edit. Amſt.

(*r*) Harum Obſervat. Lib. I. cap. I. pag. I. ſeq. Tab. I. 2. 3. Fig. I. 2. 3. 4. 5.

quidem, & admiratione digniſſimas, deviationes cordis (*s*), litteris conſignatas, offendi, nullibi vero talem,

(*s*) Tres cordis ventriculos viſos fuiſſe in fœtu humano Academiæ Pariſinæ narravit Chemineau. Tres illi ventriculi communicabant invicem. Dexter ſolito more admittebat venam cavam, ſed ex hoc non enaſcebatur arteria pulmonalis. Siniſter ſanguinem ex venis pulmonalibus accipiebat, ſed ex illo aörta originem non trahebat; aderat autem tertia capacitas, & arteriæ pulmonali, & aörtæ ortum præbens. Harum orificia ſic erant diſpoſita, ut ſanguis, qui ex ventriculo dextro in tertium propellebatur, arteriam pulmonalem, qui ex ſiniſtro in tertium perveniebat, aörtam intraret. Canalis arterioſus non aderat. Memoir. de l'Acad. des Sciences année 1699. hiſt. pag. 42. Edit. Amſt. — In fœtu maxime contorto, ventribus omnibus apertis, quem deſcripſit Mery, atria cordis non formabant binas diſtinctas capacitates, quemadmodum ventriculi etiam non erant diſtincti. Venæ cavæ & pulmonales deſinebant in cavum, binis atriis commune, & hoc hiabat ope magnæ aperturæ in cavum aliud quod ventriculus dexter dici poterat, & minoris ope in locum, quo dexter & ſiniſter ventriculus communicabant. Arteria pulmonalis & aörta originem ducebant ex ventriculo ſiniſtro. Memoir. de l'Acad. des Sciences année 1700. Hiſt. pag. 54. Edit. Amſt. —— Cor maximum, unam tantum continens cavitatem vel ventriculum ſe vidiſſe in cive Ferrariæ, qui per multum tempus cordis continua pulſatione laboraverat, ac tandem ſyncope correptus interierat, memorat Lanzoni Eph. Nat. Cur. Dec. 2. ann. 9. obſ. 44. —— In cadavere infantis mox a partu defuncti ſingularem admodum in arteriis, e corde prodeuntibus, luſum obſervavit Clar. Steidele. Aörta, a corde adſcendens, ſindebatur in arteriam innominatam, carotidem dextram, & ejuſdem lateris ſubclaviam dantem, porro in carotidem ſiniſtram & ſubclaviam ſiniſtram, nullam vero habebat communicationem cum arteria, quæ, juxta corpora vertebrarum deſcendens, alias ſemper aörtæ propago eſt, ſed hæc pro-

lem, qualem deſcripſi (*t*). Qui in diario Göttingenſi mearum obſervationum recenſionem dedit, fasſus eſt, gratiſſimum ſibi fuiſſe, hanc legere obſervationem, quum ipſi ab anno 1768. caſus memoriæ inhærebat, qui rariſſimum hoc vitium cordis cum ſtatu naturali conjungit. In corde quippe puellæ ſeptem annorum ductus arterioſus Botalli tam prope orificium arteriæ pulmonalis ex dextro cordis ventriculo enaſcebatur, ut duo, diſtincta admodum, orificia in corde conſpicerentur. Ductus ejusdem erat capacitatis, quam mox a partu habere ſolet, & aörta hoc modo ex utroque ventriculo ſanguinem accipiebat (*u*). Adduci ad faciendam hancce comparatio-

producebatur ex arteria pulmonali, quæ, corde emiſſa, in binos findebatur ramos, per pulmones ſeſe diſtribuentes, porro reflexa eandem ſequebatur viam, quam alias aörta legit, eosdemque ramos, intercoſtales, ceteros, emittebat. Delineavit, & breviter deſcripſit hanc vaſorum diſtributionem in Sammlung verſchiedener in der chirurgiſch-praktiſchen-Lehrſchule gemachten Beobachtungen. Zweyter Band. Wien. 1778.

(*t*) Hallerus etiam, qui libro de monſtris alienam diverſarum partium fabricam, a multis auctoribus deſcriptam, collegit, præter exemplum, a Stenone productum, nullum memorat, quod aliquomodo cum noſtro convenit. Oper. minor. Tom. 3. pag. 17.

(*u*) In Göttingiſche Anzeigen 1778. num. 50. hæc habentur. Rec. was es ſehr angenehm, dieſe nachricht zu leſen, da ihm ſelbſt vom Jahre

rationem omnino debuit, quum in noſtro caſu ductus arterioſus plane abfuit (*v*), & in unico, quem adducere potui, pariter nullus canalis hujus generis eſt obſervatus (*w*). Verum ſi eapropter relata antea obſervatio forte minus rara dici debeat, ad deſcriptam hoc capite cordis conformationem tanto magis adtendi meretur, quæ digna etiam viſa fuit, ut auditoribus demonſtraretur. Aderat enim canalis arterioſus, omnino pervius, licet non tantæ capacitatis, quantam habere ſolet, & aörta, dextro æque ac ſiniſtro ventriculo impoſita, ex utroque ſanguinem accipiebat. Differentia ergo inſignis inter binas obſervationes, reſpectu dicti canalis datur, cæterum ſatis ſibi reſpondent, ſic ut in arteriæ pulmonalis oſtio etiam non tres, ſed binæ tantum dentur

Jahre 1768. ein Fall erinnerlich iſt, welcher dieſen ſeltenen fehler des herzens mit den natürlichen zuſtande verbindet. In dem herzen eines 7 jährigen mägdchens gieng der ductus arterioſus des Botall ſo nahe neben der mündung der Lungenſchlagader aus der rechten herzkammer heraus, daſs man zwey ganz deutliche oeffnungen in dem herzen ſahe. Er hatte noch die völlige weite wie gleich nach der geburt, und die Aörta bekam alſo aus beyden herzkammern das blut.

(*v*) Obſervat. lib. 1. cap. 1. pag. 36.

(*w*) Deſcripſit hunc Stenonis in T. Bartholini Act. Hafn. Tom. 1. pag. 200. Conf. harum Obſervat. lib. 1. cap. 1. pag. 35.

tur valvulæ (*x*), quibus tamen talia non adhærent corpuſcula, qualia in præcedenti caſu notata ſunt (*y*).

Quatuor adeſſe venæ pulmonales ſolent; tres tantum adfuerunt in hocce corde (*z*), ſubinde autem major earum numerus datur, & in corde fœminæ, nuperrime, ſex tales canales adfuiſſe, vidi (*a*).

Confirmat denique relata obſervatio conjecturam, quam propoſui, vitium nempe cordis fuiſſe connatum (*b*). In hoc fœtu certe connatum fuit, connatum fuit in illo, cujus diſſectionem deſcripſit Stenonis, &, dum hoc in duobus obtinuit caſibus, nulla adeſſe videtur ratio, quare in tertio ſcrupuloſius in cauſas, poſt nativitatem exiſtentes, inquiramus.

(*x*) Lib. 1. cap. 1. pag. 31. Tab. III. Fig. 4. b. b. Duas tantum valvulas in arteria pulmonali, ſed ſolito majores, vidit Petſche Sylloge Obſervat. Anatom. ſelect. num. 48. in Halleri Collect. Diſp. Anat. vol. 6. pag. 775. Contra in cadavere fœminæ, quatuor, tres majores, quartam minorem, obſervavit. ib. n. 47. Duas etiam vidit Walther Obſ. Anatom. pag. 9.

(*y*) Ibid. Tab. III. Fig. 4. c. c.

(*z*) Vidit hoc etiam Loeſeke Obſervat. Anatom. Chir. Medic. pag. 26. & Pohlius obſervat. angiolog. de venis. pag. 11.

(*a*) Quinque venas vidit Meckel. Memoir. de l'Acad. de Berlin année 1750. Collect Acad. Part. etrang. Tom. 8. pag. 240. Et duas & quinque vidiſſe ſe venas pulmonales fatetur Haller De partium corporis humani præcipuarum fabrica & functionibus. Tom. 2. pag. 123.

(*b*) Obſervat. lib. 1. cap. 1. pag. 33. 34. 35.

(*c*) Ibid. pag. 36.

## CAPUT SECUNDUM.

### *De piæ matris, aliarumque partium, oſſificatione.*

Vix ullam in corpore partem eſſe, quin ingeneratam ſibi naturam ſenſim exuere, atque nunc in torpidum callum condenſari, nunc in duras cartilagines, aut his duriora oſſa, ſolidari, nunc in lapidoſas cruſtas indurari poſſit, ut inde inexplicabiles ac immedicabiles morbi ſubito exardeſcant, morteſque inexſuperabiles rapidiſſima pernicitate ſubſequantur, merito monetur (*a*); nec deſunt exempla, quibus dicti hujus veritas luculentiſſime probari poſſit, ac liquido demonſtrari, nullam ferme partem ab hac mutatione manſiſſe liberam.

Organa, ſanguinis circulationi adeo neceſſaria, ut, illorum functione turbata, hic juxta naturæ leges propelli non poſſit, cordis valvulas, arterias, in oſſeam degeneraſſe ſubſtantiam, ſic ut hæ immobiles pla-

(*a*) Conf. Trilleri Diſſ. de fame lethali ex calloſa oris ventriculi anguſtia §. 17. Opuſc. Tom. 1. pag. 19.

plane fuerint, alibi probavi (*b*). Non tamen hæ ſolæ ſunt partes, quas, amiſſa naturali mollitie, ſic induruiſſe vidi.

Aſperæ arteriæ maximam cartilaginem, thyreoideam,

(*b*) Obſervat. lib. 1. cap. 2. pag. 48. 54. Harvæus arteriæ deſcendentis portionem cum duobus cruralibus ramis, ſpithamæ longitudine, in os fiſtuloſum converſam, & in alio partem magnæ arteriæ juxta cor in os rotundum mutatam, vidit. Exercit. alt. de circulatione ſanguinis Oper. Tom. 1. pag. 131. 132. Aörtam non ſolum in egreſſu, ſed etiam in progreſſu, una cum carotidibus atque vertebralibus oſſeæ ſubſtantiæ invenit Vater; & idem vas,in cujus orificio valvulæ duæ ſemilunares, ope oſſiculi talis, ultra dimidium concretæ erant, ex alio cadavere eductum aſſervavit. Diſſ. de oſteogenia naturali & præternaturali. Procem. in Halleri Diſp. Anat. vol. 6. pag. 227. Conf. Vateri muſæum Anatomicum. pag. 92. Aörtam a ſuo, mox ex corde, egreſſu, usque ad exortum carotidum & biſurcationem in iliacas, in interiore ſua ſuperficie ſubſtantia mere oſſea incruſtatam, vidit Baader Obſerv. Medic. 44. Theſ. Diſſert. vol. 3. pag. 55. ita quidem, ut meræ ſquammæ oſſeæ, ſatis magnæ, ſibi invicem contiguæ, interius aörtæ cavum in toto illo ſpatio inveſtirent, & quaſi interiorem illius membranam conſtituerent. Præcipue vero notanda aörtæ oſſificatio ab ipſis valvulis ad arterias iliacas usque, obſervata a Jac. Andrea Beggi, de qua videatur Pacchioni Oper. pag. 216. & tab. ult. Talem aörtæ oſſificationem (vel petrificationem, ſeu incruſtationem calculoſam, ſic enim potius hanc degenerationem nominandam eſſe, cenſet) nunquam vidit Meckel; partem vero illam, quæ per abdomen decurrit ab origine arteriæ meſentericæ ſuperioris ad diviſionem in iliacas usque, ſic mutatam, & in alio corpore arterias coronarias omnes ad minutiſſimos usque ramos, eodem modo degeneratas conſpexit. Memoir. de l'Acad. de Berlin. 1754. Collect. Acad. Part. etrang. Tom. 9. pag. 14. 15.

deam, ut alii (*c*), ſic ipſe plane oſſeam conſpexi. In viri robuſtiſſimi cadavere totum aſperæ arteriæ caput penitus oſſeum fuit, una cum appoſita epiglottide (*d*), ſic ut vel acutiſſimo cultro ne minima pars tolli potuerit; baſis tamen epiglottidis, articuli cricoideæ & arytenoidearum cartilaginum, perſtiterant mobiles (*e*). In ſenis corpore os pectoris, non amplius in tres partes ſolubile, adnexas habebat coſtas ſuperiores ſeptem, quarum elaſtica cartilago in vera oſſa, duritie coſtis reſpondentia, abierat (*f*), adeo ut

(*c*) Pauw Primit. Anatom. de oſſibus. pag. 24.

(*d*) Conſpexit Petrus Pauw tres, quibus mortis fuit cauſa, quod adeo induruiſſet epiglottis, ut flecti non valuerit, & deglutitionem penitus impediverit. Primit. Anatom. de oſſibus pag. 10. 24.

(*e*) Conf. Pauw lib. cit. pag. 24.

(*f*) Cartilagines ſterni adeo usque in oſſeam duritiem obriguiſſe, ut ne acutiſſimo quidem ſcalpello diſcindi potuerint, ſed ſerra ſecari debuerint, vidit Triller Opuſc. Tom. 1. pag. 22., qui & ſimiles obſervationes ex aliis adducit. Obſervationes binas de aſthmate ſingulari ex cartilaginum coſtarum oſſeſcentia, deſcripſit Vogel. In viro, ab aliquot retro annis per intervalla aſthmatico, apoplexia peremto, pulmones integerrimos, ab omni concretione liberos, ne guttulam quidem ſeri in thoracis cavo, ſed cartilagines omnes coſtarum dexteri lateris in oſſeam fere duritiem converſas, vidit. In alio viro, qui pariter in optima ætate conſtitutus, per plures annos difficillime reſpiraverat, &, poſtquam novum incrementum dyſpnoeæ perceperat, mane mortuus in lecto reperiebatur, oſſeſcentia cartilaginum coſtarum in utroque latere occurrebat, ut, ad dividendas eas ſerra requi-

ut impoſſibile fuerit, cultro has partes ſolvere (*g*). Præprimis vero memorare lubet Piæ Matris oſſeſcentiam, variis in locis viſam.

Sublata ſuperiore conceptaculi cerebri parte, ut molle hoc viſcus demonſtrari poſſet, interior ſectæ partis ſuperficies ob inæqualitates varias, diverſamque in variis locis craſſitiem, ſic ut alicubi vix tenuis-

quireretur; ſanguis præterea intra ventriculum erat effuſus. Conf. Programma 1773. editum; & Morgagni de ſed. & cauſ. morb. Epiſt. 5. art. 17. Fränkiſche Sammlungen II. Band pag. 312.

(*g*) Fuerunt in hoc cadavere alia, quæ adtentionem mereri videbantur. Glandula thymus, quæ, in fœtu ingens, adulto homini imminuitur, & conſtricta, exſucca, durior, multo in adipe circumfuſo fere ſepelitur (Halleri Elem. Phyſiol. Tom. 3. pag. 115.) admodum longa, in binas partes diviſa, vaſis e corde egreſſis, pericardio, incumbebat, ſic ut ad eundem, quem adtingere in fœtu ſolet, pertingeret locum, & talem magnitudine multum ſuperaret, quod, a Meckelio (Mem. de l'Acad. de Berlin 1755. Collect. Acad. part. etrang. vol. 9. pag. 144.) etiam viſum, in adulto, nedum ſene, rarum.

Muſculi, Pſoas dicti, extrinſecus tumidi præter modum & rubri, integerrimi tamen quoad adſpectum, non niſi tunica quadam conſtabant, quæ fibras, muſculos ante componentes, ab invicem ſeparatas, & nullatenus cohærentes, in ſubſtantiam quaſi vermiculoſam, ſiccam, friabilem, non male olentem, mutatas, continebat. Eximi hæc ſubſtantia facile potuit, tuncque cavum ſeſe exhibuit, ſuperiora & inferiora verſus maxime extenſum, nullam purulentam materiam continens. Vicinæ partes omnes ſanæ erant. Arteria ſpermatica ſiniſtra ex emulgente ejusdem lateris originem ducebat. In arteria innominata inſignis aderat oſſificatio.

F 3

nuiſſimam æquaret chartam, præcipue ubi deſinere ſolent ſulci, ex parte anteriore & inferiore oſſis verticis ad ſagittalem ſuturam decurrentes, quibus vaſa duræ matris accubuerunt, adtentionem ad ſe traxit. Præcipue vero examinanda videbatur dura mater, quæ, firmiter oſſi adnexa, in diverſis locis, præſertim in parte anteriori & laterali ſinus longitudinalis, eminentias inæquabiles, pungentes, offerebat, quæ digito parumper moveri & loco mutari poterant. Secta dura matre juxta marginem cranii, reclinata eadem verſus ſinum longitudinalem; æquabilis admodum interna ipſius ſuperficies adparebat, illis locis exceptis, quæ extrinſecus etiam magis prominula fuerant; his nempe inæquabilis, arroſa quaſi, ſuperficies erat. Tactu autem examinatæ eminentiæ inæquales, aſperæ, pungentes, revera oſſeæ, in multos aculeos deſinentes, nullatenus duræ matri adhærebant, ſed cum pia firmiter connexæ erant, & veræ hujus membranæ oſſificationes dici debebant. Conſpiciebantur a latere ſinus longitudinalis, appoſitæ vaſis, quæ ex pia matre ad hunc ſinum decurrunt; hæ parvæ erant, & diverſis in locis duram granuloſam ſubſtantiam referebant. Aderant ſuperiori hac in parte prope ſinum longitudinalem etiam corpuſcula alba, lenticularia, fungoſa, diverſæ magnitudinis, cum

cum dura matre etiam cohærentia (*h*). Præſertim vero bina animadvertebantur oſſicula, in parte anteriore, quæ, ejusdem ferme in utroque latere magnitudinis, unguem digiti ſuperabant, undique aculeata erant, ſic ut ex unico quaſi puncto plurimi divergerent radii, & ad eandem circiter a proceſſu falciformi diſtantiam ſeſe monſtrabant. Hæc ex pia matre, multo craſſiore quam alias eſſe ſolet, producta, aſperam & inæquabilem reddiderant duram matrem, tantopere quidem, ut altero in latere os frontis intrinſecus quaſi carioſum eſſet. Cerebrum ipſum admodum durum, compactum, etiamſi in ventriculis anterioribus inſignis aquæ copia eſſet collecta.

Sex ejusmodi oſſicula, piæ matri tenaciter adhærentia, ut ſine illius ruptura divelli non potuerint, ſeſe conſpexiſſe memorat Bartholinus (*i*), accepta a Fuirenio, qui Pariſiis ſectioni cadaveris interfuerat, & de eadem obſervatione ad Wormium etiam litteras dedit (*k*). Vidiſſe ſeſe oſſeas in pia matre laminas

nas

(*h*) Conf. Greding melancholico-maniacorum ſectiones in Ludwigii Adverſar. Medic. pract. vol. 2. pag. 481. vol. 3. pag. 625.

(*i*) Hiſt. Anat. rar. cent. 2. hiſt. 85. pag. 292.

(*k*) Olai Wormii & ad eum doctorum virorum epiſtolæ Tom. 1 pag. 551.

nas Hallerus (*l*), Cheſeldenus (*m*), Sue (*), Greding (*n*) adnotarunt.

Longe autem ſæpius in dura matre oſſicula inventa leguntur. Scheidius reperta in dura matre oſſicula delineavit (*o*), proceſſui falciformi, ejusque parti anteriori in medio quaſi infixa, ut a ſiniſtra & dextra parte conſpici poſſent, & os irregulare ſiſterent, in medio denſius, ad latera magis poroſum; & ſimilis particula oſſea in dextro proceſſu duræ matris transverſo conſpicienda erat. Bina oſſa in juvene novendecim annorum ad latus dextrum ſinus longitudinalis, quatuor & ultra lineas æquantia, aculeis hirta acutiſſimis, duram matrem perforantibus, invenit Littre (*p*). Oſſicula quatuor inter utramque cerebri partem in proceſſu falciformi notavit Botallus (*q*).

Bis

(*l*) Elem. Phyſiol. Tom. 4. pag. 21.

(*m*) The Anatomy of the human body. pag. 221.

(*) Partem piæ matris & plexum choroideum, partibus oſſeis obſeſſum, poſſidet Sue. Oſteologie de Monro par Sue. pag 20. in not.

(*n*) Melancholico-maniacorum ſection. in Ludwigii adverſar. medic. pract. vol. 2. pag. 481. vol. 3. pag. 626.

(*o*) Diſſ. de duobus oſſiculis in cerebro mulieris apoplexia extinctæ repertis Argent. 1687. in Halleri Diſput. ad morb. hiſt. & curat. facientes pag. 213.

(*p*) Acad. des Sciences ann. 1713. Hiſt. pag. 29.

(*q*) Obſervat. Anatom. 2. Oper. omn. pag. 65. 66.

Bis idem a ſe obſervatum eſſe, monet van Horne (*r*), & aſſervare ſe falcem, e capite viri clariſſimi, anno 1653. exemtam, in qua ſpectare eſt utrimque, magis tamen a dextra parte, oſſicula plura, e lata baſi in acumen deſinentia, & rupis cujusdam inſtar aſpera & inæqualia, duriſſima & ſolida. Sub craſſa menynge, eidem firmiter adhærentem induratam materiem, inſtar rupis cujusdam inæqualem, & aſperam, aculeis multis diſtinctam, vidit Bertrand (*s*). Proceſſus falciformis quartam partem oſſeam conſpexit Pohlius, qui in variis capitibus in dura matre oſſicula detexit (*t*). Eundem proceſſum ad dimidiam ſui longitudinem penitus oſſeum memorat Volkamer (*u*); totum ſimili modo degeneratum Offredus (*v*), Saltzmann (*w*) viderunt. Aliasque obſervationes huc referendas notarunt alii (*x*).

Oſſi-

(*r*) In nota ad dictum Botalli locum.

(*s*) Cattierii Obſervat. Medic. 15. adn. Obſervat. Medic. Borelli.

(*t*) Progr. de dura matre paſſim oſſea facta, Lipſiæ 1764. pag. 7. 8.

(*u*) Eph. Nat. Cur. Dec. 2. ann. 6. 7. obſ. 81. pag. 98.

(*v*) Eph. Nat. Cur. Dec. 2. ann. 1. obſ. 127. pag. 320.

(*w*) Dec. Obſervat. Anatom. obſ. 5. in Halleri Diſput. Anatom. vol. 6. pag. 692.

(*x*) Conf. Duverney Memoir. de l'Acad. des Sciences année 1687. in 8°. T. 1. pag. 373. Hildanus Obſ. medic. chir. cent. 1. obſ. 11. pag. 20 Pechlinus Obſerv. Phyſic. Medic. pag. 312. Blaſius in Comment.



ad

Oſſicula talia, inter duriſſimum cranium, molliſſimum vero cerebrum, poſita, tenerrimum hoc viſcus, appoſitas membranas, eminentiis ſuis acutiuſculis, irritare, lædere, mole ac preſſione diverſa producere ſymptomata, debent. Minime ea propter mirandum, illa inter cephalalgiæ (*y*), lethargi (*z*) ſtupiditatis (*a*) apoplexiæ (*b*), epilepſiæ (*c*), maniæ (*d*), cau-

ad Veſlingii Syntagma Anatom. pag. 211. Paisley Medic. Eſſays and Obſervat. vol. 2. n. 21. pag. 267. Act. Medic. Berol. Dec. 1. vol. 9. pag. 56. Vater Diſſ. de Oſteog. natur. & præternat. in Halleri Diſput. Anat. vol. 6. pag. 227. Albrecht Diſſ. præſide Buchnero de oſſificatione duræ matris. pag. 9. Haller Elem. Phyſiol. Tom. 4 pag. 98. Morgagni de ſed. & cauſ. morb. Epiſt. 3. art. 20. Epiſt. 21. art. 35. Epiſt. 25. art. 6. Greding in Ludwigii Adverſar. Medic. pract. vol. 2. pag. 473. vol. 3. pag. 621.

(*y*) Cattierius Obſervat. Medic. 15. Littre Acad. des Sciences ann. 1713. Edit. Amſt. Hiſt. pag. 29. Pohlius progr. cit. pag. 6. Morgagni de ſed. & cauſ. morb. Epiſt. 25. art. 6. 7.

(*z*) In ſectione militis, lethargo extincti, juxta ſinum falciformem, intra duram matrem, duo oſſicula reperta eſſe, tradit Gohlius Act. Medic. Berol. Dec. 1. vol. 9. pag. 56.

(*a*) In fœmina, ſtupiditate adfecta, & de capitis gravitate ſæpius conqueſta, a falce os quoddam abſtulit Vater. Progr. de oſſificatione in Halleri Collect. Diſput. Pract. vol. 6. pag. 343. Conf. Meckel Acad. de Berlin 1764. Collect. Acad. part. etrang. Tom. 9. pag. 523. ſeq.

(*b*) Scheidius Diſſ. de duobus oſſiculis &c. vid. not. o. Morgagni lib. cit. Epiſt. 3. art. 19. 20. 23.

(*c*) La Motte Acad. des Sciences ann. 1711. Edit. Amſt. Hiſt. pag. 36. Hunauld ibid. ann. 1734. Hiſt. pag. 59. 60.

(*d*) Duverney loc. cit. In maniaco calloſam, duriſſimam, craſſam ad-

cauſas memorari, ſaltem in craniis hominum, qui his morbis olim laboraverant, eſſe detecta, licet ſubinde tamen innocua fuiſſe (*e*), & nullum omnino, aut vix ullum (*f*), adtuliſſe damnum videntur, tum nempe, quando ita facta ac poſita fuerunt, ut menynges aut partes vicinas pungere, vel alia ratione lædere, non potuerint.

Nocent autem tanto magis, ſi in cerebro (*g*), aut cerebello (*h*) ſedem ſuam fixerunt. Hujus vero visceris

admodum, piam matrem vidit Barry Medic. Eſſays and Obſervat. vol. 4. pag. 332.

(*e*) Van Horne in notis ad Botalli Opera pag. 66.

(*f*) Paisley Medic. Eſſays and Obſervat. vol. 2. n. 21. pag. 270.

(*g*) Conf. Trilleri Opuſc. pag. 20. Halleri Elem. Phyſiol. Tom. 4. pag. 328. In cinerea cerebri ſubſtantia hæmiſphærii ſiniſtri anterius, pollicem & quod excurrit, a margine ſuperficiëi planæ, & duos circiter pollices ſupra oculi orbitam, os intra duos ſibi adjacentes gyros, profunde admodum reconditum invenit Greding, quod ſegmentum circuli ſatis exacte repræſentabat. Ludwig. Adverſar. Medic. Pract. vol. 2. pag 488.

(*h*) Acad. des Sciences ann. 1737. Edit. Amſt. Hiſt. pag. 71. Citatus modo Greding in cerebelli lobo dextro oſſiculum, ſumme ſpinoſum, irregulare, aſperum, invenit, extus ſubſtantia corticali leviter undique tectum, ut acutiſſimæ ſpinæ dimidiam lineam eminerent; intus corticalis & medullaris nullam prorſus præter nimiam mollitiem, mutationem paſſa, cerebelli ſubſtantia, eidem oſſiculo circumcirca adeo firmiter adcreta erat, ut non niſi difficulter admodum ab eodem ſeparari poſſet. Decem cum dimidia lineas longum, dimidium pollicem latum, quatuor lineas in ſummitate, in apice inferiore fere ſeſquilineam craſſum,

ceris præternaturalem quidem, diverſis in locis, duritiem, non vero tantam, ut cum oſſe lapideve comparari potuerit, hactenus detexi, ſi ita dictam pinealem glandulam excipio, quam ſæpe aqua turgidam, hydatidem quaſi referentem (*i*), ſemel in duriſſimam ſubſtantiam abiiſſe, vidi, quod & ab aliis adnotatum (*k*). Vaſa etiam arterioſa, quæ a latere ſellæ turcicæ adſcendunt, carotides internas dicunt, plane oſſea conſpexi (*l*).

ſum, totumque ſolidum erat. Ludwig. Adverſar. Medico-pract. vol. 3. pag. 657.

(*i*) Morgagni de ſed. & cauſ. morb. Epiſt. 62. art. 15. Haller Elem. Phyſiol. Tom. 4. pag. 65.

(*k*) Conferatur, qui ſedulo ea, quæ huc ſpectant, collegit Gunzius, Proluſ. de lapillo glandulæ pinealis Lipſiæ 1753. Morgagni lib. cit. Epiſt. 5. art. 11. Epiſt. 6. art. 12. Epiſt. 10. art. 17. Epiſt. 11. art. 4. Epiſt. 61. art. 2. Collegit etiam multa exempla Haller Elem. Phyſiol. Tom. 4. pag. 65.

(*l*) Morgagni, lib. cit. Epiſt. 3. art. 22. Conf. Haller Elem. Phyſiol. Tom. 4. pag. 125. Arterias carotides & vertebrales in baſi cerebri, earumque præcipuas ramificationes, ad meditullium cerebri, penetrantes, partim oſſeas, partim cartilagineas, invenit Vater Progr. de oſſificatione in Halleri Collect. Diſp. Pract. vol. 6. pag. 343. In homine, apoplexiâ defuncto, binarum arteriarum carotidum truncum, oſſeum vidit Boucher, ſic tamen, ut externa tunica membranacea eſſet, & canalis oſſeus canali membranaceo contineretur. Journal de Medecine Dec. 1776. Tom. 46. pag. 549.

C A-

## CAPUT TERTIUM.

### *De lethali urinæ ſuppresſione ex calculo, urethræ impacto, indeque nata duplici hujus canalis ruptura.*

Inter maxime periculoſa ſymptomata, quæ diriſſimus ſanitatis hoſtis, calculus, urinæ viis incluſus, excitare ſolet, ſuppreſſio urinæ non infimum meretur locum, & ſcatent medicorum annales obſervationibus, quæ probant, huic cauſſæ ſæpius mortem fuiſſe adſcribendam. Hunc autem effectum variis producit modis: vel in renum pelvi (*a*), aut ureteribus (*b*), hærens, impedit, quominus urina depluere in veſicam poſſit, quæ ureteres, pelves, renes

(*a*) Tulpii Obſervat. Medicar. lib. 2. cap. 44. cap. 165. Cnoeffel Eph. Nat. Cur. Dec. 1. ann. 4. & 5. obſ. 64. Seger ibid. Dec. 1. ann. 2. obſ. 23. Hünerwolff. Ibid. Dec. 2. ann. 7. obſ. 88. Henniken Fränkiſche Sammlungen VII. Band. pag. 66. Conf. harum Obſervationum lib. 1. cap. 6. pag. 86. ſeq.

(*b*) Paré Oeuvres liv. 4. chap. 10. Cnoeffel loc. cit. Hoechſtetter Obſervat. Medic. Dec. 6. caſ. 1. ſchol. pag. 677. Ruiſch Obſervat. Anatom. Chir. n. 15. pag. 16.

nes ipſos (*c*), tunc maximopere extendit, & dirorum malorum fontem conſtituit uberrimum; vel in urethram propulſus, & diverſis ipſius locis ſubſiſtens, lotii excretionem plenarie impedit, efficitque, ut veſica ſupra oſſa pubis adſurgat (quo in caſu tumor quandoque ab imperitis pro abſceſſu habitus & apertus (*d*) eſt), enormiter extendatur (*e*), disrumpatur (*f*) etiam, niſi natura ſibi ſuccurrat, & in perinæo abſceſſum excitet, per quem calculus exitum quærere poſſit (*g*); licet enim calculi, majores etiam, a fœminis ſæpe ſponte excernuntur (*h*), per urethram viri-

(*c*) Inſp. Galeatii hiſtoriæ duæ mirabiles calculorum in ureteribus exiſtentium. de Bonon. ſcient. & art. inſtituto Comment. Tom. 5. part. 2. pag. 139. ſeq. Nat. en Geneesk. Bibliotheek VII. Deel pag. 710.

(*d*) Heuermann Abhandlung der vornemſten Chirurgiſchen Operationen II. Band pag. 36.

(*e*) Conf. Commerc. Litter. Norimb. Ann. 14. pag. 268.

(*f*) Cloſſy obſervations on ſome of the diſeaſes of the parts of the Human body, chiefly taken from the diſſections of morbid bodies pag. 137. Nat. en Geneesk. Bibl. II. D. pag. 807.

(*g*) Groeneveldt in puero, qui tantam urinæ ſuppreſſionem habebat, ut veſica illius ad umbilicum proxime pertingeret, obſervavit, urinam tandem exitum violentum ſibi feciſſe in ipſum ſcrotum, cujus membranæ poſt maximam diſtenſionem tandem fuerunt disruptæ, & eâdem viâ urinam continuo dein effluxiſſe. Diſſert. Lithol. pag. 61.

(*h*) Magnos, uncias duas, tres, duodecim etiam, pondere æquantes,

virilem non niſi rariſſime tales tranſeunt (*i*), ſed, in ea retenti, ac magnitudine aucti, omnem urinæ viam præcludunt, nec raro, niſi in tempore ars ſuccurrat, lethalem iſchuriam producunt. Probabit hoc caſus, jam tradendus.

Tredecim menſes natus, debiliſſimus, puer, ab aliquo tempore calculoſis ſymptomatibus obnoxius, & ſubinde grana calculoſa, ſummo cum dolore, emittens, incidit in urinæ ſuppreſſionem, & per diem integrum, etiamſi multum biberit, ne guttulam quidem lotii excrevit. Quum vero parentes ſæpius obſervaverant, ſimiles ſuppreſſiones, rejecto grano calculoſo, ceſſaſſe, & multo facilius poſtea urinam rurſus

tes, calculos a fœminis per naturalem viam fuiſſe rejectos, tradunt Langelottus Eph. Nat. Cur. Dec. 1. ann. 6. 7. obſ. 7. Angelus Ibid. obſ. 195. Dec. 2. ann. 2. obſ. 180. Clauder Ibid. Dec. 2. ann. 5. obſ. 198. Kerkring Spicil. Obſervat. 57. Beard Philoſoph. Transact. N. 397. pag. 211. in Mihles Medic. Eſſays. vol. 2. pag. 155. Heberden Philoſoph. Transact. vol. 55. pag. 128. Wolf Obſervat. Chirurg. Medic. lib. 1. obſ. 47. pag. 154. De Reuf Nov. Act. Acad. Nat. Cur. vol. 6. pag. 249.

(*i*) Hildanus de lithotomia veſicæ cap. 26. Helwigius Obſervat. Medic. Phyſic. obſ. 109. pag. 307. Bartholinus Epiſt. Medic. Cent. 3. Epiſt. 80. pag. 344. Hiſt. Anatom. Cent. 5. hiſt. 3. pag. 6. Pechlinus Obſervat. Phyſic. Medic. lib. 1. obſ. 9. pag. 18. Bullen Philoſoph. Transact. n. 295. pag. 1804. in Mihles Medic. Eſſays vol. 1. pag. 368. Gooch caſes and practical remarks in Surgery. pag. 177.

ſus excreviſſe puerum, non adeo ad illam attenderunt. Ille vero, inquietudine ſumma, continuo ejulatu, inſignes ſeſe pati dolores, ſignificans, nocte inſequente pleniſſimam veſicam omni vi, omni conatu, evacuare tentans, validiſſimos hunc in finem edidit nixus, nec ceſſavit, niſi poſtquam inſignis ſcroti, inguinum, perinæi, apparuerit tumor, &, quamvis tunc vel nihil urinæ prodierit, a doloribus, ut videbatur, liberatus, tranquillum incidit in ſomnum.

Altero die in auxilium vocati medentes dubiam tumoris naturam (cuncta enim, quæ modo dixi, non niſi poſtea narrarunt parentes) inveſtigare, detegere, conati ſunt. Reſpondebat alvus, urina guttatim prodibat, ejusque major evacuabatur copia, immiſſo aliquoties cathetere. Tumori adplicata, & in genere adhibita omnia ſunt, quæ indicabantur, quæ adminiſtrare ætas permiſit, ſed incaſſum; tumor ejusdem naturæ, ejusdem non modo magnitudinis, perſtitit, ſed ſuperiorem femorum partem etiam occupavit; diſparuit tantummodo ſugillatio, quæ prope pubem in latere abdominis ſiniſtro ſimul cum tumore ſeſe manifeſtaverat. In regione umbilicali ſenſim magis magisque intumeſcebat, tendebatur, abdomen, peſſima quævis ingruebant ſymptomata, quæ miſeri vitam cum morte demum commutabant. Ro-

Rogarunt parentes, ut, cadaveris ſectione inſtituta, in cauſam ſuppreſſionis urinæ, ac naturam inſequuti tumoris, inquirerem.

Ex narratione eorum, quæ prægreſſa, quæ ſubnatum tumorem inſequuta erant, videbar jure concludere debere, viam, urinæ excretioni deſtinatam, obſtructam, lotii ſuppreſſionem produxiſſe; nata vero alicubi ruptura, ſeſe a contento liquore liberaſſe veſicam; cesſasſe ea propter, ſublata fibrarum diſtractione, dolorem; puerum tunc in tranquillum incidisſe ſomnum; ſtagnantem vero, peregrino loco, humorem urinoſum fuisſe corruptum, unde alia ſupervenire debuere mala, quæ demum mortem intulerunt. Hæc ſanum ratiocinium, prægreſſis fundatum, docere videbatur; hæc parentibus, aliisque edixi, hæc ſectio cadaveris confirmavit.

Integumentis a latere ſcroti ſeparatis (*k*), denudata cellulоſa membrana (*l*), notabilis prodibat humoris flavi, urinoſi ut videbatur, copia. Hoc ſpongiæ ope abſterſo, in celluloſam, degeneratam, incraſſatam, inquirens, bina detexi foramina, alterum ab inferiore (*m*), alterum a latere penis (*n*), purulen-

(*k*) Tab. VII. c.
(*l*) Tab. VII. o.
(*m*) Tab. VII. p.
(*n*) Tab. VII. q.

lentam materiem emittentia. Per utrumque aditus patebat in ſaccum, ad inguen usque ſeſe extendentem, pure repletum, ſed ſic formatum, ut duobus in locis contractior eſſet (*o*). Videbatur jam tunc facta conjectura non multum a veritate recedere, ſed aperiendum eſſe abdomen cenſui, antequam in ſtatum dictarum partium ulterius inquirere poſſem.

Tenſum maxime erat abdomen, præſertim in regione umbilicali, ſic quidem, ut muſculi recti multum ab invicem receſſisſent, & linea alba, in epigaſtrio & hypogaſtrio contractior, prope umbilicum duos circiter transverſos digitos lata eſſet.

Sectis integumentis, muſculis, peritonæo, a cartilagine enſiformi ad pubem & verſus latera (*p*), apparuere abdomine contentæ partes, admodum tumidæ, ac loco naturali dimotæ. Veſica præſertim urinaria (*q*), inſigniter extenſa, ultra umbilicum (*r*) adſcendebat; intumuerat præprimis pars ſuperior ac poſterior, quæ peritonæo tegitur (*s*), &, dum in pelvi, hac ætate capacitatem notabilem non habente, ſeſe non valuerat extendere, ſurrexerat quaſi, repu-

(*o*) Tab. VII. r. r. s. s.
(*p*) Tab. VII. a. a. b. b.
(*q*) Tab. VII. i. k.
(*r*) Tab. VII. i.
(*s*) Tab. VII. l. l.

repulerat inteſtina, atque, verſus anteriora incurvata, multo magis prominebat, quam illa veſicæ pars, quæ peritonæo non tegitur, oſſibusque pubis accumbit; licet & hæc maxime ſurſum tracta erat (*t*). Patebat tunc, quare, vivente infante, abdomen non adeo in regione hypogaſtrica, quam umbilicali, intumuerat. Supra veſicam transverſum decurrebat colon (*u*), medio loco inter illam atque ventriculum ſitum. Ventriculus (*v*) inſigniter erat extenſus, ac curvaturam ſuam majorem (*w*), e qua altera omenti, hoc in caſu adeo teneri, ut non conſpiceretur, lamella, producitur, verſus abdominales muſculos dirigebat. De tenuibus inteſtinis vix quicquam, niſi parva admodum portio in ſiniſtro (*x*), paulo major in dextro latere (*y*), conſpiciebatur.

Veſica aperta, emiſſoque lotio, ſeparatis in nexu ſuo oſſibus pubis, urethram examinavi. Hæc autem (*z*), ibi ferme loci, ubi ad oſſa pubis ſeſe inflectit, tum in dextro (*a*), tum in ſiniſtro (*b*) latere,

(*t*) Tab. VII. k.
(*u*) Tab. VII. f. f.
(*v*) Tab. VII. d.
(*w*) Tab. VII. e.
(*x*) Tab. VII. h.
(*y*) Tab. VII. g. g.
(*z*) Tab. VIII. Fig. 1.
(*a*) Tab. VIII. Fig. 1. e.
(*b*) Tab. VIII. Fig. 1. f.

tere, fiſſa erat, ſic ut urethra a corporibus cavernoſis penis (*c*), in quoque latere, esſet ſeparata; fisſuræ utriusque (*d*), præcipue dextræ (*e*), margines, videbantur laceri, quaſi exeſi. Medius inter has fisſuras locus, nigro colore tinctus, gangrænæ manifeſta exhibebat indicia (*f*). Dextrum foramen communicabat cum ſacco notabili, jam deſcripto (*g*), ſiniſtrum cum alio, in ſiniſtro ſcroti latere detecto, ſed multo minori. In ſacco dextro, prope fisſuram urethræ, inveniebatur calculus, durus, apice acutiuſculo inſtructus (*h*), parvus quidem, ſed magnus reſpectu capacitatis, quam urethra tenelli pueri hoc in loco habere ſolet. Renum pelves, maxime expanſæ, multum continebant puris; dilatati etiam inſigniter erant ureteres, ſed neque in his neque in illis calculoſi quicquam apparebat. Quam veſica continuerat, urina, non limpida, ſed purulenta, erat. Teſtes, in ſcroto penduli, ſani videbantur. Productiones peritonæi, quæ vaginales tunicas formant, plane erant clauſæ.

Hæſit itaque calculus in urethra, qui, viam urinæ præ-

(*c*) Tab. VIII. Fig. 1. a. a.
(*d*) Tab. VIII. Fig. 1. e. f.
(*e*) Tab. VIII. Fig. 1. e.
(*f*) Tab. VIII. Fig. 1. g.
(*g*) Tab. VII. r. r. s. s.
(*h*) Tab. VIII. Fig. 2.

præcludens, ſuppresſionem ipſius produxit, &, ſummis, quos edidit, ut veſicam exoneraret, puer, nixibus ulterius propelli non valens, urethram, hoc in loco dilatatam, inflammatam, imo gangrænoſam, laceravit, ſic ut urina ſeſe in cellulоſam ſcroti, inguinum, perinæi, proximique femoris, evacuaverit, & veſica ſit liberata, donec, ſacco illo præternaturali nil amplius admittente, iterum diſtenta enormiter veſica urinaria ad altitudinem inſignem adſcenderit.

Confirmatur ſic Aretæi aſſertum (*i*), ſecundam eſſe calamitatem, quum per colem calculus transmittur, quia, ſi amplior ſit, quam urethra capere posſit, in eo multum temporis hæret, atque veſica multitudine urinæ completur, tumque ejus majore cum dolore ſuppreſſio fit. Probarunt idem jam antea alii, oſtenderuntque, iſchuriam ſic frequentiſſime enaſci, fatalem, niſi ars auxilium adferat, vel natura ſibi diverſis proſpiciat modis.

Suppeditat chirurgia varia auxilia, quibus liberari hoc in caſu miſerrimi calculoſi poſſunt, docetque, immiſſo urethræ inſtrumento calculum protrahendum,

(*i*) De cauſis & ſignis morborum diuturnorum lib. 2. cap. 3. pag. 53.

dum, aut, facta ſectione eximendum (*k*), vel & (quod tamen non ſuadendum) cathetere in veſicam repellendum eſſe (*l*).

Natura ſibi proſpicit, vel ſic excavando ſenſim calculum, ut urinæ exitum non plane impediat, vel excitando abſcesſum in perinæo, qui apertus aut ſponte disruptus, urinæ egreſſum permittit, &, ſi calculus ſimul non prodeat, chirurgo viam monſtrat, per quam protrahi poſſit, licet in priori caſu tamen calculus adeo increſcere ſubinde ſolet, ut urina demum plenarie ſupprimatur, ni calculus exeat, aut tollatur.

Miratus, nec ſine jure, Dranius eſt, calculum, urethræ impactum, nullas omnino in juvene, ſedecim annorum, produxiſſe moleſtias, antequam ſibi per perinæum viam fecerat, ſed calculum, inſignis magnitudinis, examinans, eundem illa in parte, qua pubi obverſus fuerat, excavatum conſpexit, ſic ut veriſimiliter veſica libere ſeſe evacuare valuerit (*m*).

Per

(*k*) Dionis cours d'operations de chirurgie pag. 233. Le Dran Traité des Operations de Chirurgie. pag. 347. Heiſter Inſt. Chirurg. Tom. 2. pag. 839. Platner Inſtit. Chirurg. pag. 873. Ludwig Inſtit. Chir. pag. 417. Bertrandi Traité des Operations de Chirurgie. pag. 173. Alii.

(*l*) Denys Obſervat. Chirurg. de calculo. pag. 146.

(*m*) Obſervat. de Chir. Tom. 2. obſ. 79. pag. 192.

Per foramen ſinuoſum etiam, in ipſa calculi medietate excavatum, urinæ excretio, aſt doloroſa, & difficilis fuit in adoleſcente octodecim annorum, qui ab ipſis ferme incunabulis tumore circa penis radicem, duro, dolorifico, creſcentibus annis crescente, calculum, progreſſu temporis auctum, ſic ut omnimodo fere inſequeretur urethræ obſtructio, continente, laboraverat. Fecit & hic calculus ſibi in perinæo viam, ſic ut, & per obortam hic loci aperturam, ulcusve, ac per calculi foramen & penem urinam emitteret veſica. Dilatata apertura, extractoque calculo, ſinuoſe pervio, ovi columbini magnitudinem, pollicisque craſſitiem, longe ſuperante, convaluit (*n*).

In

(*n*) Segerus in Epiſt. ad Bartholinum, quæ exſtat in T. Bartholini Epiſt. Med. Cent. 4. Epiſt. 5. pag. 21. ſeq. His in caſibus, quando nempe urinæ excretionem non plenarie ſufflaminant, per annos in urethra ſubſiſtere poſſunt, illamque ſæpe inſigniter dilatant. Phaſeoli magnitudine calculos per tres vel quatuor menſes abſque dolore atque urinæ impedimento in urethræ medio retentos obſervavit Panarolus Pentec. V. obſ. 29. pag. 162. Memorat Tulpius Obſervat. Medic. lib. 1. obſ. 35. pag. 331. puero ab ineunte ætate, in medio urethræ ductu, plurimos ſuccreviſſe calculos, qui illum paulatim diſtenderunt, ad inſtar pugni puerilis, adeo ut ſinguli diſtincte manibus palparentur, illato tamen ne minimo quidem impedimento urinæ exituræ. Tumorem hunc ſexto ætatis anno aperuit chirurgus, eductisque quinque & viginti calculis, inſtar maximorum piſorum, puerum ſanavit, ſic ut hiatus

In longe plurimis caſibus, excitato in perinæo ulcere, exiit, urinæ plenariam ſuppreſſionem adducens, vel ejus excretionem difficillimam reddens, calculus. Memorat Hildanus (*o*), quadragenario, ſtranguria, & difficultate inter mingendum cum maximo cruciatu ventris laboranti, ſine ulla cauſa externa, cum ſtranguria illa & dolores ventris in duodecimum annum perſeveraſſent, & magis magisque adaucti fuiſſent, tandem plane ſubſtitiſſe urinam, nec amplius per penem effluxiſſe, ſed hinc inde per ſcrotum & e regione pubis ulcera fiſtuloſa ſibi efformaſſe, per quæ

hiatus pervius non remanſerit, per quem efflueret vel minima urinæ guttula. (Conf. Schenkii Obſerv. Medic. pag. 480. Henckels neue Medicin. und Chirurg. Anmerk. II. Samml. pag. 64. Verduin Obſervat. Chir. 15. in Sculteti Armament. Chir. vol. 2. pag. 679.) In aliis autem caſibus, licet in dicto canale ſubſiſtant, nunc magis nunc minus difficilem urinæ excretionem reddunt, & bini illi calculi, quos per viginti annos in dilatata urethra hæſiſſe auctor eſt Bernard Philoph. Transact. N. 220. pag. 250. in Mihles Medic. Eſſays vol. 1. pag. 182. non tantum dolorificam, ſed & difficillimam urinæ excretionem produxerunt, ſic ut guttatim & involuntarie tantum prodierit, donec ſectione feliciter ablati ſunt, ſenſim enim increſcere ſolent (Bartholini Epiſt. Medic. Cent. 4. Epiſt. 5. pag. 19.) & ſerius ocyus, dum antea neque notabilem dolorem, neque urinæ ſuppreſſionem produxerant, magnitudine, pondere, adeo moleſti fiunt, ut facta ſectione protrahi debeant. Conf. Warner Caſes in Surgery pag. 208.

(*o*) Obſervat. Medic. Chirurg. Cent. 6. obſ. 57.

quæ ab eo tempore urina ſine inſigni moleſtia, & dolore effluxit, tandem calculum in conſpectum veniſſe, qui, poſt dies aliquot extractus, ab initio pondus octo drachmarum exceſſit; & ab eo tempore, quo extractus fuit calculus, omnis fere urina per ulcus effluxit. Sisley in homine, qui ulcere perinæi fiſtuloſo, urinam emittente, laborabat, calculum quatuor unciarum & trium drachmarum ſponte prodeuntem vidit (*p*). Notat Zæman, in puero quatuordecim annorum, qui, poſt intenſos per aliquot dies, infimi ventris, in regione potiſſimum pectinis, dolores, ſummamque mingendi difficultatem, laboraverat, per ſcrotum prodiiſſe calculum, avellanam longiorem magnitudine æquantem (*q*). Puero ſex fere annorum penis ad ovi gallinacei magnitudinem intumeſcebat, ſic ut color cutis non mutatus eſſet, verum inæqualitas magna perciperetur, & lapilli tactui ſeſe offerrent, dum urina non tantum per penem libere emittebatur, ſed etiam per aperturam duplicem circa ſcroti inferiora ac antica exibat; facta autem ſectione paucorum dierum ſpatio ſeptuaginta calculi protra-

cti

(*p*) Philoſoph. Transact. N. 456. pag. 351. in Mihles Medical Eſſays vol. 2. pag. 378.

(*q*) T Bartholini Act. Medic. Hafn. vol. 3. obſ. 6. pag. 11.

ᴄti ſunt (*r*). Jahn in puero, morborum ſeſe excipientium turba olim laborante, porro dyſuria afflicto, ſic ut lotii craſſi & arenoſi pauciſſimæ guttæ, ſanguine etiam mixtæ, non, niſi ſummo cum conamine, effunderentur, diverſas in ſcroto obſervavit aperturas, per quas, magis ab adacto calculo dilaceratas, lapidem, quinque uncias pendentem, poroſum, rotundum, prodeuntem conſpexit (*s*). Suaſerat Gerbezius pueri quinque annorum urethram, calculo obſtructam, ſectione aperire; recuſans mater calculum in veſicam repulerat; urina, antea ſuppreſſa, tunc per tres annos libere prodiit, poſtea vero, in dictam viam repulſus, lapis eam plenarie obſtruxit; ſcrotum, penis, & univerſa veſicæ regio in ingentem molem intumuerunt; inflammationi ſupervenit gangræna, qua ſcrotum & obſtructa via eousque contabuit, ut calculus ſponte ſua per ſcrotum prociderit, durus, mole & figura majorem phaſeolum repræſentans; ſanatus ſic infans, ſed poſtea urinam æque per ſcrotum ac penem emiſit (*t*)

Li-

(*r*) Blaſius Obſervat. Anatom. pag. 131. & Obſ. Medic. part. 5. obſ. 25. pag. 89.

(*s*) De inſolita calculi ingentis per ſcrotum excluſione. Vitembergæ 1750. pag. 5. 6. 7.

(*t*) Eph. Nat. Cur. Dec. 2. ann. 3. obſ. 165. pag. 251

Licet in dictis, ſimilibusque, caſibus, urinæ ſuppreſſio lethalis non fuerit, & evaſerint ægri; omnes tamen æque felices non fuere; in paucis perfecta ſanitas adducta legitur, & ulcus ſeſe ſic clauſit, ut urina per naturalem tantum viam prodierit (*u*), verum in multis fiſtuloſum permanſit ulcus, per quod lotium, ſummo ſane incommodo, ſeſe evacuavit (*v*).

Aliis longe funeſtior, imo lethalis, urinæ ſuppresſio ex dicta cauſa fuit. Laborabat puerulus, quatuor annorum & dimidii, ultra annum veſicæ calculo, ſed exiguo, qui, orificium ejus ſubinde obturans, urinam cum dolore ſuppreſſit, tandem in urethram illapſus, & ab urinæ violentia ad diſtantiam duorum transverſorum digitorum ab orificio glandis promotus, ſubſtitit cum notabili urethræ inflammatione, quæ in ſphacelum, ſeptimo die lethalem, abiit. Ante obitum, præ-

(*u*) Zæman, Jahn, locis ad litteras q. & t. citatis. Bauſch. de lapide hæmatite procem. pag. 41. Frewen Philoſoph. Transact. vol. 52. part. 1. pag. 258.

(*v*) Hildanus Obſervat. Medic. Chir. Cent. 6. obſ. 57. Bauſchius Ephem. Nat. Cur. Dec. 2. ann. 1. obſ. 5. Lentilius Miſcell. Medic. pract. lib. 1. pag. 261. Bartholinus Hiſtor. Anatom. Cent. 4. hiſt. 8. pag. 227. Hartley Philoſoph. Transact. N. 456. pag. 349 in Mihles Medic. Eſſays vol. 2. pag. 377. Stalpart van der Wiel Obſervat. rar. Cent. 1. obſ. 90. 91. 92. Gerbezius, Frewen locis ad litt. t. & u. citatis.

præter ſerum, ex ſcroto multum urinæ per urethram ſphacelatam retro calculum effluxit. In ſectione cadaveris ren dexter triplo major ſiniſtro viſus eſt, præter flacciditatem alio vitio non laborans; ex ſiniſtro diſſecto materies purulenta prodiit, & ureter, huic annexus, altero fere duplo capacior erat. Veſicæ, vacuæ, fundus in latere ſiniſtro inflammatus, pluribusque carunculis & ulcusculis obſitus; in dextro latere & circa collum notabilis inflammatio non aderat, major in ſede calculi (*w*). Summos dolores, urinæ ſuppreſſionem, gangrænam lethalem a calculo, pone glandem in urethra hærente, memoravit Wolf (*x*). Lethalis etiam Chirurgo, de quo Zacutus Luſitanus (*y*) loquitur, urinæ ſuppreſſio fuit per calculum, poſt mortem, ſecto pudendo inventum, magnum, rotundum, duriſſimum, aculeis, undique in orbem diſpoſitis, conſtantem, pondere granorum quadraginta quinque, unde larga etiam producta fuit hæmorrhagia. Idem accidit viro, cui ab agyrta in urethram promotus erat veſicæ calculus

(*w*) Camerarius Specim. experim. circa generationem hominis & animalium Tubingæ 1715. Hiſtor. 3. in Halleri Diſput. Anatom. ſelect. vol. 5. pag. 129.

(*x*) Obſervat. Chir. Medic. lib. 1. obſ. 48. pag. 156.

(*y*) Prax. Admirab. lib. 2. obſ. 67.

lus (*z*). Præſertim vero hoc contingit, quando calculus pro parte urethram intravit, pro parte in veſica hæſit, & ſic orificium plenarie clauſit, qualis lapis in Frederici III, Electoris Saxoniæ, veſicæ orificio inventus legitur (*a*).

Sanitatem contra attulit in ſimili, ac enarravimus, caſu, inſtituta in tempore, debita medendi ratio. Duorum annorum filiolus urinam non niſi cum difficultate, & in minima quantitate reddebat, inguinibus ac ſcroto diſtentis ac duris. Calculum hic ſubeſſe, prædixit Raygerus, &, laxantibus, clysmatibus, fomentis adhibitis, dolorem imminuit. Cum catheterem immittere ipſi licitum non eſſet, in ſeptimum jam diem penitus ſuppreſſâ urinâ, quæ jam ante parce, nec ſexta parte potui reſpondens, fluxit, tentavit candela cerea vel explorare calculum, vel viam facere urinæ, ſed irrito conatu; dum jam ad extrema redactus eſſet miſellus, &, abdomine mirum in modum tumido, in agone mortis conſtitutus videretur, ſcrotum in ſiniſtra parte aliquatenus mollius, quam antea, detegebatur. Facta apertura proſiliit urina in-
ſtar

(*z*) Fehr Eph. Nat. Cur. Dec. 2. ann. 1. obſ. 165.
(*a*) Kentmann de calculis in corpore humano. pag. 10.

ſtar loturæ carnium; effluxit ſenſim ſeri inſignis copia, &, aliquot diebus elapſis, paulo infra vulnusculum ſponte natura moliebatur aperturam, exiitque, intra tres dies, calculus piſi majoris magnitudine; detumuit abdomen, & in dies melius valuit æger; lotium non per locum legitimum, ſed aliquamdiu per hanc aperturam fluxit, donec hæc ſenſim coaluerit, & per naturalem viam profluxerit lotium (*b*). Felix etiam fuit Doct. Vogel in ſanando homine, cui urinæ retentionem calculus, urethræ impactus, produxerat. Duraverat jam per quatuor ſeptimanas, & urina corrupta in ſcroti integumenta, ejusque cellulоſam membranam, penetraverat, ambitumque ita auxerat, ut nec teſticuli disquiri, nec penis conſpici poſſent. Superficies ſcroti, epidermide ſecedente, non tantum colorem obſcure rubicundum oſtendebat, ſed foramina exigua, ubique diſſeminata, fœtidum, urinæ corruptæ ſimilem, humorem plorabant. Inciſio, in utrumque latus ſcroti facta, effluxum hujus humoris accelerabat, ſed lente tantum, ita ut & internis medicamentis & externis fomentis æger ſervandus eſſet, donec poſt aliquot ſeptimanas penis appareret, & ſpecillum, in urethram immiſſum, calculum

(*b*) Ephem. Nat. Cur. Dec. 1. ann. 6. 7. obſ. 206.

lum detegeret, qui, per factam aperturam immiſſo inſtrumento, etiam perceptus, volſella eximebatur, ſic tamen ut pars ipſius, urethræ inhærens, relinqueretur, quæ poſt tertium diem etiam prodiit, & poſt ſex ſeptimanas ſeparatio corrupti, & conſolidatio vulneris ita perficerentur, ut vera urinæ via, ægrique ſanitas, reſtituerentur (*c*).

(*c*) Anatom. Chirurg. und Medicin. Beobachtungen und Unterſuchungen van Zacharias Vogel. pag. 112. ſeq.

## CAPUT QUARTUM.

### *De calculo lacrymarum viis exſecto.*

Locum in corpore humano vix ullum adſignari poſſe, qui ſubinde calculo domicilium non præbuerit, Obſervatores docent, ſive illorum evolvamus annotata, qui proprios tantum caſus deſcripſerunt, ſive eos conſulamus, qui aliorum obſervata ſedulo collegerunt (*a*).

Inter

(*a*) Schurigius litholog. cap. 2. pag. 89. ſeq. ex innumeris pæne auctoribus collegit calculorum loca natalia & vias. Jungi tamen poſſunt atque merentur obſervatores, qui poſtea calculos in inſolitis locis productos notarunt. In glandula pineali Meckel Mem. de l'Acad. de Ber-

Inter omnes vero partes, calculoſis concretionibus

Berlin 1754. pag. 92. Collect. Acad. part. etrang. Tom. 9. pag. 2. Greding in Ludwigii Adverſar. Medico-pract. vol. 2. pag. 521. —— In tentorio cerebelli Greding lib. cit. pag. 475. —— Supra nervum opticum oculi ſiniſtri ante ejus ingreſſum in orbitam Clar. Walter Obſervat. Anatom. pag. 42. —— In extremitate poſteriore hæmiſphærii ſiniſtri, qua proceſſui falciformi duræ matris reſpicit. Walter loc. cit. —— In dura matre prope ductum ſinus falciformis Walter loc. cit. —— In tumore palati Krüger Hamburg. Magazin VI. B. pag. 374. —— In ductu ſalivali Lœlius Commerc. Litter. Ann. 8. pag. 163 Hartmann Nov. Act. Acad. Nat. Cur. Tom. 3. pag. 4. qui plurima exempla collegit. Acrel Heelk. Waarneem. pag. 123. Leautaud Journal de Medecine Tom. 23. pag. 453. Eller Memoir. de l'Acad. de Berlin 1755. pag. 24. Collect. Acad. part. etrang. Tom. 9. pag. 85. ſeq. Berlin. Samml. II. Band pag. 385. —— In glandula maxillari & parotide Cl. Hannes Nov. Act. Acad. Nat. Cur. Tom. 5. pag. 107. —— In glandula Thyreoidea Walter lib. cit. pag. 53. —— In tumore colli Hoyer Act. Acad Nat. Cur. vol. 5. pag. 257. —— In pulmonibus Reichel in Ludwigii Adverſar. vol. 3. pag. 751. Hoyer loc. cit. — In ſuperficie interna pleuræ Walter lib. cit. pag. 43. In angulo bifurcationis aſperæ arteriæ Baader Obſerv. Medic. inciſionibus cadaverum anatomicis illuſtratæ. pag. 154. in Theſaur. Diſſert. vol. 3. pag 41. —— In corde Meckel loc. cit. Senac Traité de la ſtructure du cœur Tom. 2. pag. 428. Van Swieten Comment. in Aphor. Pract. Boerhavii Tom 5. pag. 218. —— In nervo phrenico Clar. Camper apud Snip de lithotomia pag. 8. —— In mamma cancroſa amputata. Gooch a practical treatiſe on wounds and other Chirurgical ſubjects vol. 1. pag. 400. vol. 2. pag. 128. —— Ex abſceſſu mammæ virgineæ Haller Oper. min. Tom. 3. pag. 333. —— Ex tumore ſubduro rupto ſub umbilico Buttner ſechs ſeltene Anat. Chir. Wahrnehm. pag. 66. —— Ex abſceſſu abdominis Eller loc. cit. Gooch caſes and pract. remarks

bus obnoxias, minus, quam partes aliæ, hoc morbo

remarks in Surgery pag. 163. Bloch Mediciniſche Bemerkungen. Berlin 1774. pag. 27. ſeq. Pröbiſch Ibid. pag. 30. Koole Verhandel. van het Bataaſſch Genootſchap I. D. pag. 509. — In ductu hepatico, ejusque ramis per totum hepar Walter lib. cit. pag. 46. — In inteſtinis Meckel loc. cit. & ann. 1759. pag. 35. Collect. Acad. part. etrang. Tom. 9. pag. 416. White caſes in Surgery pag. 17. 23. 27. — In meſenterio Eller loc. cit. Storch Commerc. Litter. ann. 4. pag. 277. — In pancreate Galeati Comment. Bonon. Tom. 4. pag. 34. in ductu ipſius Matani, Göttingiſche Anzeigen 1761. p. 10. Nat. en Geneesk. Bibliotheek I. D. p. 532. Eller loc. cit. Biumi obſervat. Anatom. 3. Theſaur. Diſſert. vol. 3. pag. 360. ſeq. — In utero Louis Acad. de Chir. Tom. 2. pag. 130. Clar. Gaubius Verhandel. van de Haarl. Maatſchappy III. D. pag. 604. Eller loc. cit. Bromfield Chirurgical Obſervations and Caſes vol. 2. pag. 156. — In arteriis uteri, veſicæ, hæmorrhoidalibus externis Buttner Anatom. Wahrnehm. pag. 25. — In veſiculis ſeminalibus Valent. Eph. Nat. Cur. Dec. 2. ann. 6. obſ. 68. Hartmann Nov. Act. Acad. N. C. Tom. 3. pag. 561. & Diſſ. de calculis in veſicula ſeminali repertis, &c. Francof. ad Viadrum 1765. Meckel lib. cit. — In venis veſicæ Walter lib. cit. pag. 44. — In teſte hydropico Pallas Chirurgie pag 244. — Inter veſicam & inteſtinum rectum Bromfield lib. cit. vol. 2. pag. 156. — In glandulis inguinalibus Snip de lithotomia pag. 8. — In bubone venereo Albinus Nat. en Geneesk. Bibliotheek III. D. pag. 644. — In muſculis femoris Meckel lib. cit. — Inter fibras muſculares, & ipſos tendines Walter lib. cit. pag. 43. Hic, Obſervat. Anatom. capite tertio, de concrementis terreſtribus, in variis partibus corporis humani repertis, non tantum in memoratis partibus, ſed & in aliis, calculos vidiſſe, memorat, dicitque pag. 53. ſe in epididymide viri adulti concrementum terreſtre figuræ & magnitudinis piſi deprehendiſſe; totum teſticulum dextrum in viro quinquaginta annorum in concrementum durum, glutinoſo - terreum, mutatum obſervaſſe; ſub membrana

bo laboraſſe videntur, oculus (*b*), & lacrymarum viæ. Communicari ergo meretur caſus, quo conſtitit, calculum dictis in viis ſubinde produci.

Conquerebatur nobilis virgo, de moleſto, nunc majori nunc minori, tuberculo prope angulum internum oculi ſiniſtri in palpebra inferiore, de puris per eundem angu-

externa ovarii feminæ, triginta annorum, concrementum durum, glutinoſo-terreſtre, juglandis magnitudinis hæſiſſe; lapillum, magnitudinis ovi columbini, inter membranam externam a peritonæo, & ſubſtantiam uteri celluloſo-vaſculoſam, in fundo uteri fœminæ triginta quatuor annorum delituiſſe, & ubi tubæ Fallopianæ in angulos ſuperiores laterales uteri inſeruntur, in quolibet latere lapillum avellanæ magnitudinis hæſiſſe; in duobus uteris vetularum prægrandes inventos eſſe calculos, ſeptem in uno, tres in altero.

(*b*) Notavit Hallerus, in cadavere furis chorioïdeæ membranæ ſubiiſſe, retinæ loco, laminam lapideam, cui ipſa chorioïdea adhærebat, ut alias retinæ ſolet, concentricam, hæmiſphærio cavo ſimilem, niſi quod duplici lamella fieret, & in altero latere duobus quaſi loculis excavaretur. Is quaſi ſcyphus accurate rotundo foramine perforabatur, qua nervus opticus ſubit, ut eo magis induratam retinam eſſe, adpareret. Intra hanc oſſeam caveam nullum vitreum legitimum corpus, ſed nervus quaſi, cylindrus nempe albus, reperiebatur, qui per foramen oſſei cyathi transmisſus, metiens ejus diametrum, adhærebat oſſeo confuſo corpori, quod potuiſſet haberi pro corrupta lente cryſtallina. Ei corpori undique & iris & proceſſus ciliaris connaſcebantur, & cornea denique, ad quam iris pariter conferbuerat. Oper. minor. Tom. 3. pag. 366. Lentem cryſtallinam in concrementum lapideum fuiſſe mutatam, vidit Pallas Chirurgie pag. 244. Ronnow Tal om en ben eller ſtenaktig ſtaar. Nat. en Geneesk. Bibl. VII. D. pag. 146.

angulum evacuatione, præſertim tempore matutino, de perpetuo lacrymarum juxta genas profluvio. Diverſi generis remedia, a variis propoſita & adminiſtrata, nullum levamen, nedum perfectam attulerant curam. Examinatus oculus, in palpebra inferiore, non longe a puncto lacrymali, tuberculum exhibuit, attactu durum, exigua apertura in margine palpebræ hians, &, compreſſum, parvam purulentæ, bonæ tamen notæ, materiëi copiam fundens, ſic tamen ut volumine non multum imminueretur. Videbatur itaque pus hoc potius orificio, quam puncto lacrymali, quoque mane, evacuari, etiamſi hoc non facile diſtinguere hactenus potuerat ægra, ſed, admonita, poſtea ſemper vidit, tunc pariter obſervans, eo majus eſſe tuberculum, quo minor puris copia effundebatur. Puncta lacrymalia aperta conſpiciebantur, ſtilumque tenerrimum facile admittebant. Nares in latere ſiniſtro ſemper erant ſiccæ. Injectus ſiphone Anelliano liquor, prima vice, non quidem facile, in nares perveniebat, ſed aliquoties repetita poſtquam fuerat injectio, liquor per naſum effluxit. Similis injectio, per aperturam tuberculi inſtituta, monſtrabat, hoc cum ſacco lacrymali communicationem habere, & injectus liquor æque facile per hanc

ac per naturalem viam ad nares ſiniſtras perveniebat. Aperiendum ergo eſſe ſaccum, cenſui, ut, dum per binos annos jam ſubſtiterat ulcuſculum, depurari valeret, &, ſublatis obſtaculis, perfecte ſanari, naturali via cum maxime aperta ſervata. Facta itaque inciſio & dilatata altero die plaga eſt, ſic ut fundus perluſtrari poſſet; detectum tunc peregrinum corpus, quod, ſenſim magis magisque ſeſe oculis offerens, tandem volſellâ eximi potuit, &, omni ſenſu examinatus, verus calculus fuit, pyriformem figuram habens, quem, lente microscopica nonnihil adauctum, additæ figuræ repræſentant (*c*). Diſparuit totum tuberculum, extracto hocce calculo; propullulans ex fundo caro brevi temporis ſpatio factam aperturam adimplevit, ſic ut, vix ullo cicatricis veſtigio ſuperſtite, clauſa ſit, & dum, per aliquot temporis ſpatium, detergens liquor per puncta lacrymalia injectus eſt, ab inſigni incommodo liberata, etiam hoc ſenſu, ſaniſſima vivit Virgo, lacrymis, quæ per biennium juxta genas continuo defluebant, jam per naturalem viam ad nares tendentibus.

Videtur calculus, in lacrymarum viis enatus, exitum quæſiviſſe a parte laterali externa, ubi ſaccus

non

(*c*) Tab. VIII. Fig. 3.

non oſſibus accumbit, ſed partibus mollibus integitur, ibique tuberculum formaſſe, quod, ultra palpebræ marginem prominens, & oculi bulbo palpebram apprimens, impedivit, quominus humor lacrymalis ad puncta pervenire, atque ab iis abſorberi valuerit, ſed in cauſa fuit, quod omnis, qui cæterum ad angulum internum defertur humor, juxta genas deflueret. Licet enim forte tunc, quando calculus ſacco adhuc hærebat incluſus, via ad nares adeo libera non fuit, poſtquam viam ſibi fecerat, & tuberculum dictum produxerat, liberior fuit, & injectum per puncta liquorem transmiſit.

Pauca adnotata vidi exempla, quæ cum enarrato conveniunt. Accerſitum ſe ad curationem mulieris eſſe, memoriæ prodidit Ceſoin, cui enatus in altero oculorum ægilops; eduxiſſe ex parte laborante materiam gypſeam copioſam, ac deinceps duos calculos, quorum unusquisque granum ſeminis cannabis adæquabat, ſuperficiëi inæqualis, coloris rubri, qualis corticis aurantii mali. Ulcere poſtmodum conſolidato, ægram integram adeptam eſſe valetudinem (*d*), ſuperaddit.

Plures calculos, parvos, poſt natum in angulo inter-

(*d*) Blegny Zodiac. Medic. Gallic. Ann. 1. pag. 140.

terno oculi dolorem, fuiſſe expreſſos, notavit d'Emery (*e*); ſed puellæ, cui hoc contigit, ſocia manipulum arenæ in oculos conjecerat, ſic ut caſus hic in dubium vocari poſſit, ut a multis merito vocatus eſt (*f*).

Calculum in glandula lacrymali memorat Blaſius (*g*), dicitque, ſe adfuiſſe examini defuncti ruſtici, atque obſervaſſe calculum in glandula lacrymali, ad oculi angulum internum ſita, qui non, ut Blaſius voluit, totam glandulam receptioni humiditatis ad nares deferendæ ineptam reddebat, ſed, quemadmodum recte Morgagnus (*h*) obſervavit, quia calculus non modo inæqualis, ſed pro ea ſede etiam valde magnus, lacrymalia puncta ab oculi contactu, &, quod conſequitur, ab ejus humoris receptione, arcebat, & tenues canaliculos, ab iis punctis profectos, præterea comprimebat, præterquam quod, Blaſio dicta, glandula, glandula non eſt, ſed ſebaceis minimis glandulis obſita caruncula. Cal-

(*e*) Journal des Scavans Mai 1679. Collect. Acad. part. etrang. Tom. 1. pag. 282. Schurigii Lithologia Cap. 2. pag. 99. Vater de calculis in locis inuſitatis natis, & per vias inſolitas excluſis §. 8. Haller Diſp. Chirurg. Tom. 1. pag. 29.

(*f*) Conf. Blegny Zodiac. Medic. Gall. ann. 1. pag. 63.

(*g*) Obſerv. Medic. pag. 82. tab. 9. fig. 10.

(*h*) De ſed. & cauſ. morborum Epiſt. 13. art. 26.

Calculorum, in diverſis corporis locis ſubſiſtentium, curationes tradens Dranius (*i*), etiam lapillos in ſacco lacrymali concrescentes memorat, tuncque illos oriri dicit, quando ſaccus dilatatus in cauſa fuit, quod ſtagnare lacrymæ debuerint; inventos etiam revera eſſe, teſtatur (*k*), verum an ipſe talem viderit, non tradit, quemadmodum quis ex citatione Halleri (*l*) credere poſſet.

(*i*) Traité des Operations de Chirurgie pag. 257.
(*k*) Ibid. pag. 245.
(*l*) Elem. Phyſiol. Tom. 5. pag. 325.

## CAPUT QUINTUM.

### *De inſigni peritonæi craſſitie, duritie, & abdominalium viscerum, ferme omnium, concretione.*

Partes, thoracis cavo contentas, & inter ſe, & cum vicinis, ſæpiſſime concrescere, ſubinde adeo firmiter, ut diſtingui omnino non poſſint, Anatomici notarunt (*a*); nec libera ab hoc vitio ſunt viscera chy-

(*a*) Conf. lib. 1. cap. 2. pag. 42. Abunde ibi probatum eſt, poſſe tales concretiones partium adeſſe, abſque ut reſpiratio lædatur, pag. 44.

chylopoietica, quæ infimam corporis capacitatem adimplent.

Hæc, peritonæo incluſa, illo disſecto, in conſpectum veniunt, ſubinde tamen vel lien vel hepar, intermediis filamentis, pluribus, paucioribus, ſæpe adeo vicinis & compactis, ut membranam referant, cum peritonæo præternaturaliter nectuntur; hæc, ut & alia viscera, eodem modo inter ſe concreſcunt. Tanta autem in cadavere robuſtiſſimi viri harum partium

44. & Haenii caſum ſi cognoſcere potuiſſet Hebenſtreit, majorem fidem Kerkringio (pulmones vicinis partibus accretos, multis locis duros, multis pure ſluentes, fuiſſe viſos, abſque ut dyſpnœa, aut tuſſicula præceſſerit Spicil. Anatom. obſ. 72. narranti) habuiſſet, neque oſtendere conatus fuiſſet, ſanam rationem & experientiam huic opinioni eſſe contrariam. Inſp. Diſſ. de partium coalescentia morboſa, def. a G. C. Springsfeld Lipſiæ 1738. pag. 20. 21. Confirmat Haenii obſervationem Clar. Stoll. Rat. med. in Noſocomio practico Vindobonenſi part. 1. pag. 262., frequentiſſime a ſe obſervatam eſſe, tradens, cohæſionem pulmonum ad partes vicinas, absque ullo reſpirationis impedimento, quod & notavit Fantonus Epiſt. de obſerv. medic. & anatom. 8 art. 14. Opuſc. pag. 209. Plerumque tamen, una cum concretione harum partium, morboſa inveniuntur pectoris viſcera. In pulmone dextro puellæ, cujus reſpirationis & circulationis organa nexu ferme indiſſolubili & inter ſe & cum vicinis, erant concreta, vomicam vidi, inſignis magnitudinis, magna apertura in aſperam arteriam hiantem. Firmiſſimam, omnium thoracicorum viscerum concretionem, elapſa etiam hyeme, obſervavi, in cadavere viri, & ſimul in utroque pulmone plures, majores, minores, vomicas.

tium concretio adfuit, ut non frequenter ſimilis occurrat.

Demonſtrandis muſculis cum inſervire cadaver hoc debuerit, præparatis iis, qui abdomini accumbunt, & a peritonæo ſeparatis, hoc tantam crasſitiem, tantam duritiem, monſtrabat, ut cultro reſiſteret. Superficies externa admodum inæquabilis erat, & in majores minoresque excrescentias adſurgebat. Notabilis præcipue craſſities erat in parte inferiori & laterali, ibidem ferme pollicaris; craſſiſſima etiam ea pars, quæ diaphragmati erat contigua, & hæc in latere ſiniſtro revera erat cartilaginea. Per adſurgentem ex pelvi veſicam urinariam peritonæum ſummopere ſurſum propulſum erat, ſic ut ad diſtantiam transverſæ manus a muſculis receſſerit; veſica enim, lotio ſupra modum tumens, totam hypogaſtricam regionem occupabat, &, ad inſignem altitudinem ſupra oſſa pubis adſcendens, anteriorem partem, ut ſolet, a peritonæo liberam, celluloſæ ope muſculis nexam, exhibebat, ſicque egregie poſſibilitatem ſectionis hypogaſtricæ, ſeu apparatus alti, quem Franco primus inſtituit (*b*), probabat.

Peri-

(*b*) Factam a ſe eſſe hanc operationem narrat tum in libro, cui titulus: *Petit traité contenant une des parties principales de chirurgie,*

Peritonæum cum aperire vellem, ut interiora conſpicerentur, mira occurrebat partium cohæſio; omentum, hepar, ventriculus, lien, inteſtina tenuia & craſſa, tali concreta erant modo, ut nullo modo ſeparari potuerint, etiamſi culter adhiberetur; ilei inteſtini portio parva, pedem vix longa, paulo infra umbilicum, libera erat, & præter hanc nihil omnino diſtingui poterat; adeo firmiter cohærebant omnia, ut maſſam informem referrent, & penitus fuerint dilacerata, quando ab invicem ſeparare vellem. Receſſerat lien a peritonæo, ibi loci, ubi diaphragmati, tho-

*gie, laquelle les chirurgiens hernieres exercent, fait par* PIERRE FRANCO, *chirurgien à Lauſanne. à Lyon* 1556. tum in alio libro, qui inſcribitur: *Traité des hernies contenant une ample declaration de toutes leurs eſpeces, & autres excellentes parties de la chirurgie, à Lyon* 1561. Sed in priori non legitur in infante duorum annorum, verum decem, illam adminiſtratam eſſe (*une fois que je voulois tirer la pierre a un enfant de dix ans, pag.* 93.) Uterque liber merito rariſſimus habetur, attamen in propria Bibliotheca invenitur, & poſterior præterea in publica noſtræ Univerſitatis Bibliotheca adeſt. Ex Halleri Bibliotheca Chirurgica Tom. 1. pag. 211. videri poſſet poſterior prioris nova editio, verum magna intercedit differentia, vel ipſe titulus hoc docet. Prior compendium quaſi ſiſtit variorum, quæ multo prolixius poſteriori pertractantur, dicit hinc in epiſtola dedicatoria, ſe promiſiſſe, *d'augmenter un petit traité de ceſte partie, que je fey éſtant aux gages de Meſſieurs de Berne, & de Lauſanne;* hoc non tantum fecit, verum de multis admodum morbis, quos in priori non attigerat, in poſteriori mentionem fecit.

thoracis margini accumbenti, adhæret, craſſo & cartilagineo, ſic ut ſpatium quoddam eſſet relictum, duos ad minimum pugnos capiens, intra quod purulenta materies antea videbatur fuiſſe collecta. Lien & peritonæum hoc in loco tali obducta erant membrana, qualem formari in cavis, quæ pus continent, morboſorum cadaverum ſectiones probant (*c*).

Veſi-

(*c*) Inveſtitum totum hepar tali membranæ ſpecie erat in cadavere pueri duodecim annorum, in quo abſceſſum hepatis detexi, binis in locis disruptum, ea in parte, quæ coſtas ſpurias reſpicit, ſic ut purulentæ materiëi copia inſignis in abdominis cavum eſſet effuſa. Sed absque ut abſceſſus præſens ſit, talis purulenta cruſta partes quandoque integit. Aperto thorace, levato ſterno, nihil ſeſe obtuliſſe legitur, niſi collectio materiæ purulentæ tanta, ut pericardii, pulmonum, aliarumque partium ne hilum quidem conſpici poſſet, referretque præſentiam magni empyematis, & organorum thoracis corruptionem; re autem penitius perſpecta, nihil puris fluidi in pectore continebatur, illudque, quod puris habitu primo adſpectu ſeſe obtulerat, erat cruſta purulenta, ſatis denſa, & craſſa, extus obducta dictis viſceribus, totique interiori pleuræ ſuperficiëi, qua remota pulmones, pericardium, aliæque partes integerrimo in ſtatu prodibant. Cl. van Doeveren Specim. Obſervat. Academ. cap. 4. pag. 74. 75. In cadavere fœminæ, quod ſphlanchnologicis & angiologicis demonſtrationibus elapſa hyeme inſerviit, ſimili cruſta obductum totum cor cum annexis partibus omnibus erat, ſic ut auriculæ, vaſorum principia, diſtingui non poſſent. Pericardii internam ſuperficiem ejusdem naturæ cruſta obtegebat, quæ de hoc ut & de corde membranæ adinſtar tolli potuit. Pauca aderant filamenta, binas haſce purulentas cruſtas, ſicque cor cum pericardio, connectentia.

Veſica urinaria quum admodum diſtenta erat, vix aliter eſſe potuit, quin ureteres etiam ſolito eſſent majores, præſertim vero, & in dextro & in ſiniſtro rene, pelves capacitatem acquiſiverant inſignem, longitudinem duorum pollicum, latitudinem unius pollicis cum dimidio habentes. Cauſam inſignis diſtenſionis veſicæ, & impeditæ, ut videbatur, excretionis, quæſiturus, ſedulo veſicam, partesque vicinas, examinavi. In veſica præternaturale nihil detexi, niſi quod interna membrana variis in locis videbatur arroſa, ob nimiam retentæ & acrioris urinæ moram, ſed urethra, ubi ad inferiora glandis decurrit, latiorque fit, tanto inflammationis gradu erat correpta, ut nullum ſupereſſet dubium, quin cauſa iſchuriæ hoc in loco eſſet ponenda, quippe quæ, in aliis ægris, ſæpe hunc morbum produxiſſe legitur (*d*).

Apertus etiam thorax fuit, ut, an hoc forte in cavo ſimilis, ac in abdomine, partium concretio adeſſet, conſtaret. Pulmones quidem cum pleura hic illic cohærebant, non tamen tantopere, quin ſæpiſſime firmiores harum partium nexus occurrant. Liberum ab omni præternaturali nexu erat pericardium, liberum etiam cor; ſed in corde attentionem mereri vi-

(*d*) Sauvages Noſolog. method. vol. 2. pag. 536.

viſum eſt foramen ovale. Hoc enim adeo patebat, ut non ſolum eandem, ſed majorem etiam, quam in fœtu, haberet aperturam. Valvula Euſtachiana admodum reticulata egregium exhibebat ſpectaculum.

Cartilagineum, craſſiſſimum, peritonæum nonnulli deſcripſerunt. Attendi præcipue merentur caſus, quos cum Societate Londinenſi Graham, cum Berolinenſi Meckel communicarunt. Ille (*e*) in virgine, triginta annos nata, quæ, magnum pondus ſublevare ſtudens, in latere abdominis ſiniſtro dolore vehementi correpta, dein tumore & torminibus ventris tantis laboraverat, ut ſolo opio compesci valuerint, peritonæum ſtupendæ craſſitiëi, ad quinque pollices circa umbilicum accedentis, innumeris tumoribus ſteatomatoſis ſcatens, vidit; qui tumores, ovum columbinum æquantes, laticem varii coloris, diverſæque conſiſtentiæ recondebant. Latus ſiniſtrum ingentem aquæ fuſcæ copiam, intra lamellas peritonæi collectam, oſtendit. Hic (*f*) in Æthiope, per novem circiter menſes de abdominis tumore & duritie, alvo obſtructa, & aliis incommodis conqueſto, invenit

(*e*) Philoſoph. Transact. n. 460. pag. 708. in Medic. Eſſays by S. Mihles vol. 2. pag. 414. 415.

(*f*) Memoir. de l'Acad de Berlin ann. 1753. Tom. 9. pag. 102. Collect. Acad. part. etrang. Tom. 8. pag. 430.

venit peritonæum craſſum, inæquale, tumoribus parvis, ſteatomatoſis obſeſſum, partibus omnibus internis adhærens. Ad craſſitiem digiti annularis increviſſe peritonæum, notavit Tulpius (*g*). Adeo incraſſatum, ut naturalem conſtitutionem triplo quadruplove ſuperaverit, memorat Nuckius (*h*); eandemque membranam transverſum digitum craſſam vidit Le Cat (*i*). In cadavere aſcitici peritonæum craſſiſſimum, denſiſſimum & quaſi cartilagineum, variisque prominentiis exaſperatum, conſpexit Lieutaud (*k*).

Viſceris abdominalis hujus illiusve, omnium inter ſe, concretiones memorarunt etiam varii. In cadavere hyſtericæ hepar obſtructum, ſcirrhoſum, non tantum cum peritonæo, ſed & cum fundo ventriculi atque omento, cohæſiſſe vidit Hebenſtreit (*l*). In Noſocomio Lipſienſi inteſtina omnia, præcipue tenuia, miro modo inter ſe, & cum peritonæo connata, fuiſſe viſa idem memorat (*m*). Ileum totum, & je-

(*g*) Obſervat. medic. lib. 4. cap. 44. pag. 348.
(*h*) Adenographia curioſa cap. 9. pag. 104.
(*i*) Journal de medecine, chirurgie, &c. Tom. I. pag. 356.
(*k*) Hiſtor. Anatom. Medic. Tom. 1. pag. 3.
(*l*) Diſſ. cit. de partium coalescentia morboſa. §. 13. pag. 23.
(*m*) Ibid. §. 14. pag. 25.

jejuni proximam partem, ſuis relictis, quæ infra umbilicum ſunt, ſedibus, ſurſum retracta & coacervata, & inter ſe arctiſſime conjuncta, ut magnum & prominentem tumorem facerent, tradit Morgagni (*n*). Inteſtina tenuia omnia arctiſſime inter ſe connexa, ventriculum, hepar, lienem, & cætera huc ſpectantia, firmiter cohærentia, deſcribit Bartholinus (*o*). Inciſo abdomine cuncta fere inteſtina in unum corpus conglobata, & inter ſe arctiſſime conglutinata, in adoleſcentula, doloribus ventris identidem obnoxia, quæ in profluvium alvi, dein in ardentem febrem cum acuto dolore, atque inflatione ſiniſtræ partis hypogaſtricæ, inciderat, vidit Fantonus (*p*). Poſt febrem intermittentem, cortice peruviano ſuppreſſam, miles torminibus ventris cum conatu vomendi, palpitatione cordis, anguſtia pectoris, aliisque ſymptomatibus, ad mortem usque vexabatur. Inventa fuere inteſtina cum omento & inter ſe ita coalita, ut partes ab invicem ſeparari non valuerint, ſed inteſtina cerebrum, quaſi pia matre tectum, repræſentarent

(*n*) De ſed. & cauſ. morb. Epiſt. 39. art. 26. Conf. Oratio de circumſpecto cadaverum examine optimo practicæ medicinæ adminiculo pag. 12.

(*o*) Hiſt. Anatom. rar. cent. 3. hiſt. 6. pag. 18.

(*p*) Epiſt. de obſervat. medic. & anatom. 6. Opuſc. pag. 200. 201.

ret (*q*). Cum in puello quinque annorum, cui abdomen nonnihil tumidum, corpus totum emaciatum fuerat, qui hernia inguinali & tumore teſtis laboraverat, peritonæum diſſecare & reclinare vellet Burggrafius, id plane impoſſibile erat, firmiſſime enim hoc contentis abdominis erat accretum, ita ut absque continentium & contentarum partium omnimoda dilaceratione, ab invicem ſeparari non valuerint; præterea gyri inteſtinorum, præcipue tenuium, tam inter ſe, quam cum meſenterio, ubique tam tenaciter concreti erant, ut unam formarent maſſam; hepar diaphragmati & hypochondrio dextro ſimiliter erat accretum (*r*). In cadavere viri, lenta febre enecti, omnia abdominis & thoracis viſcera ita inter ſe concreta, vidit Kauw Boerhaave, ut nullum plane liberum eſſet (*s*). Alia bene multa exempla poſſent adduci, niſi Hallerus, qui ipſe omnia abdominis viſcera vidit concreta, innumera ferme collegiſſet (*t*).

Obſtaculo in partibus, urinæ excretioni inſervientibus, ſuborto, veſicam inſigniter dilatari (*u*), & ubi

(*q*) Act. Acad. Nat. cur. vol. 1. obſ. 87. pag 167.

(*r*) Act Acad. Nat. cur. vol. 6. obſ. 134. pag. 447.

(*s*) Nov. Comment. Acad. Petropol. vol. 1. pag. 370.

(*t*) Elem. Phyſiol. Tom. 6. pag. 345. 346. Conf. Adverſ. Medic. Pract. vol. 3. pag. 111. 112.

(*u*) Veſicam urinariam ultra modum diſtentam, mediam abdominis

ubi nihil amplius admittere valet, aut in ureteribus morboſi quid hæret (*v*), hos canales, & connexas renum pelves, inſigniter dilatari, obſervatores docent. Tales caſus in adverſariis adnotavi multos (*w*). Sufficiat hoc loco memoraſſe, Cl. de Haen in viro, triginta & duos annos nato, qui difficulter urinam, ſæpe vero calculos, excreverat, ureteres adeo amplos inveniſſe, ut ſiniſter colon inteſtinum capacitate ſuperaret, veſica circa calculum quatuor unciarum contracta (*x*); Reidlinum in viro, ex ſuppreſſione uri-

nis partem repleviſſe, regionem epigaſtricam attigiſſe, caput adulti hominis æquaſſe, ad umbilicum fuiſſe protenſam, quatuor, viginti, duas & viginti, urinæ libras continuiſſe, adductis exemplis probavit Lieutaud Hiſt. Anatom. Medic. Tom. 1. pag. 293.

(*v*) De vitiis mictionis Conf. Cl. Gaubii Inſtit. Pathol. medicin. pag. 445. Sauvages Noſolog. Method. pag. 520. Zuber de veſicæ urinariæ morbis Argent. 1771.

(*w*) Ephem. Nat. Cur. Dec. 2. ann. 1. obſ. 19. ann. 2. obſ. 13. 129. Wolf Obſerv. Medic. Chir. pag. 157. Ruiſch Theſaur. Anat. 9. n. 101. Eller Memoir. de l'Acad. de Berlin. 1755. Collect. Acad. part. etrang. Tom. 9. pag. 89. Cl. Camper Demonſtrat. Anatom. Pathol. lib. 2. pag. 12. Hic bis ureteres ampliſſimos vidit, ſimilesque caſus, ab aliis memoratos, adducit, quemadmodum fecerunt etiam Morgagni de ſed. & cauſ. morb. Epiſt. 4. art. 14. Epiſt. 12. art. 2. Epiſt. 39. art. 33. Epiſt. 42. art. 23. Epiſt. 44. art. 15. Haller Elem. Phyſiol. Tom. 7. pag. 258. Lieutaud Hiſt. Anatom. Medic. Tom. 1. pag. 291.

(*x*) Rat. med. part. 5. cap. 5. pag. 63. edit. Leid.

urinæ propter coarctationem urethræ mortuo, ſiniſtrum ureterem ejusdem capacitatis vidiſſe (*y*); pelvim renis ſiniſtri a Tulpio adeo dilatatam eſſe conſpectam, ut capacitatem veſicæ adæquaret (*z*).

Foramen ovale, etiam hoc in corpore nondum occluſum, longe ſæpius apertum inveniri, quam quis facile crederet, noſtræ obſervationes probant. Varia exempla jam alibi adduxi (*a*), ter ab eo tempore idem locum habuit, bis in corporibus mulierum, ſemel in cadavere viri. Duobus in caſibus lacerata maxime valvula Euſtachii erat, quæ, etiamſi ovale foramen magis minusve apertum eſſet, ſæpe a me tali modo mutata, & in aliis corporibus, occluſo foramine ovali, integra, auditoribus exhibita eſt.

(*y*) Eph. Nat. Cur. Dec. 3. Ann. 9. obſ. 148.

(*z*) Obſervat. Medic. lib. 3. cap. 43. Conf. obſervationes, adductæ a Morgagno, Hallero, Campero, locis nota (*w*) citatis.

(*a*) Lib. 1. cap. 2. pag. 47.

C A-

## CAPUT SEXTUM.

### *De ovo humano.*

Quæ de velamentis ovi humani (*a*), quæ de ovis inanibus (*b*), dixi, confirmantur, illuſtrantur iis, quæ ab eo tempore obſervare licuit.

Diverſo graviditatis tempore, abortu eliſa, ova examinans varia, inter ea præſertim duo vidi, quæ attentionem maxime figebant.

Alterum tertio, ut putabat gravida, menſe rejectum, nullum continuit fœtum, ſed veſiculam, qualem antea delineavi (*c*), licet majorem. Hæc turbido humore plena erat, ac in eo fluctuabant partes variæ, quæ diſſoluti fœtus reliquiæ videbantur.

Alterum & quoad membranas, & quoad fœtum, ejusque funem umbilicalem, varia, notatu digna, exhibuit, ſic ut hujus delineationem utiliſſimam cenſuerim (*d*). Nobilis matrona, aliquot liberorum ma-

(*a*) Obſervat. lib. 2. cap. 1. pag. 38. ſeq. cap. 3. pag. 78. Tab. VI. Fig. 1. 2.
(*b*) Ibid. lib. 2. cap. 3. pag. 76. ſeq.
(*c*) Ibid. lib. 2. cap. 3. pag. 79. Tab. VI. Fig. 3.
(*d*) Tab. VIII. Fig. 4. 5.

mater, jam a quinque menſibus ſeſe gravidam putans, ſed per totum illud tempus ſanguineo-ſeroſum humorem genitalibus emittens, ſic ut ipſa debilisſima non ſolum fieret, verum dubium enaſceretur, gravida eſſet, nec ne, demum hocce ovum rejecit. Membranæ, quæ ovum componunt, decidua externa, decidua reflexa, chorion, amnios, diſtinctæ admodum erant, fœtus vero tali conſtitutus modo deprehendebatur, ut, ſi uterus diutius ovum retinuisſet, fœtus, omni alimento deſtitutus, ab ovo ſeparatus, corruptus, conſumtus fuiſſet.

Extrinſecus conſpiciebatur decidua externa, qua parte utero adhæſerat, lanugine molli, tenui, obſita (*e*), qua deciduæ reflexæ contigua fuerat, æquabilis (*f*), & cum hac nondum concreta. Decidua reflexa (*g*) cohærebat cum chorio (*h*), ſic tamen, ut ſat facile ſeparari hæ membranæ ab invicem posſent. Inter illas manifeſta conſpiciebantur vaſa (*i*), quæ in ſeparatione dilacerabantur, & ſanguinem, in lamellas hic concretum, olim effuderant. Chorion, extrinſecus tomentoſum, altera ſuperficie æquabilius

(*e*) Tab. VIII. Fig. 4. a. a.
(*f*) Tab. VIII. Fig. 4. b. b.
(*g*) Tab. VIII. Fig. 4. c. c.
(*h*) Tab. VIII. Fig. 4. d. d.
(*i*) Tab. VIII. Fig. 4. f. f.

bilius (*k*), leni tamen celluloſa, cujus ope cum amnio cohæſerat, obſitum. Intima hæc membrana, extrinſecus etiam flocculenta, intrinſecus glaberrima erat (*l*). Interiora ovi inæquabilia conſpiciebantur (*m*). Amnios proceſſus infundibuliformis (*n*) maxime expanſus, humore aqueo, limpido, plenus, originem præbebat tenerrimo filo (*o*), inſtar ligamenti contracto, quod tamen funis umbilicalis erat. Aliquamdiu progreſſus hic lateſcebat (*p*), & ad ventrem fœtus terminabatur (*q*). In parte funis craſſiore, ſeparata prudenter externa membrana, conſpiciebantur, lentis ope, tria vaſa (*r*), quæ obliterata non tantum erant, ſed penitus evaneſcebant, ubi funis maxime erat contractus (*s*).

Videntur duo hæc ova ortum ovorum inanium explicare & ſententiæ, quam alibi (*t*) protuli, novum robur addere. Proceſſus amnii infundibuliformis (quem, umbilicum totum continentem, ad ventrem embry-

(*k*) Tab. VIII. Fig. 4. d. d.
(*l*) Tab. VIII. Fig. 4. e. e.
(*m*) Tab. VIII. Fig. 4. g. g. g.
(*n*) Tab. VIII. Fig. 4. h. Fig 5. a.
(*o*) Tab. VIII. Fig. 4. k. Fig. 5. d.
(*p*) Tab. VIII. Fig. 5. c.
(*q*) Tab. VIII. Fig 4. i. Fig. 5. b
(*r*) Tab. VIII. Fig. 5. c.
(*s*) Tab. VIII. Fig. 5. d
(*t*) Obſervat. lib. 2. cap. 3. pag. 80.

embryonis pertinentem, amplum, admodum brevem, ſic ut embryo ad membranas ovi, umbilico nullo, adhærere videretur, conſpexit (*u*) Albinus) videtur, conſumto fœtu, ſic ſubinde expandi, ut, quemadmodum antea funis vaſa, nunc partes, quæ ad fœtum, jam conſumtum, olim pertinebant, in eo contineantur. Vel, fune, ut in adjecta figura (*v*), contracto, obliteratis vaſis, fœtus, qui nullum amplius nutrimentum accipere valet, videtur deſtrui, conſumi, dum, disrupto illo filo, præter proceſſum illum infundibuliformem (*w*), viſiculam dictam (*x*) referentem, nihil de fœtu, ejusve umbilico, apparet, ſed liquor amnii turbidus admodum exiſtit.

Icones, quas de membrana decidua, externa ac reflexa, dedi (*y*), oſtenderunt, initio graviditatis ovum nondum ad inferiorem partem deciduæ externæ pertingere, hancque cum reflexa nondum cohærere. Ovum, poſteriori loco deſcriptum (*z*), quod certe diutius matrice fuit contentum, jam ad inferiorem

(*u*) Annot. Acad. lib. 1. cap. 19. pag. 73.
(*v*) Tab. VIII. Fig. 4. k. Fig. 5. d.
(*w*) Conf. Obſervat. lib. 2. Tab. VI. Fig. 3. d. Fig. 4. b.
(*x*) Tab. VIII. Fig. 4. h. Fig. 5. a.
(*y*) Obſervat. lib. 2. Tab. VI. Fig. 1. 2.
(*z*) Tab. VIII. Fig. 4. 5.

rem deciduæ partem pertingit, ſed tamen decidua reflexa nondum cum externa concrevit; diſtinctæ admodum apparent decidua externa, reflexa, chorion, amnios. Inter deciduam reflexam & chorion (*a*) multa comparent vaſa, dum chorii & amnii nexus cellulofus videtur. Numerus itaque & nexus membranarum, ovum formantium, ex hac obſervatione ulterius confirmari videtur.

Vaſa disrupta effuderant, inter chorion & deciduam reflexam, ſanguinem, qui ibi in grumos collectus erat. Talis effuſio ſi contigit, ova depurari omnino nequeunt, etiamſi diutiſſime aqua contineantur, niſi decidua externa & reflexa a chorio penitus tollantur. Contra ſolvi, tolli, coagulatus ille ſanguis valet, qui membranis extrinſecus adhæret, efficitque, ut ova, abortu rejecta, referant ferme ſemper maſſam cruentam, ſic ut quadam veluti carne condantur (*b*), atque tunc nitidæ puræque membranæ omnes apparent.

(*a*) Tab. VIII. Fig. 4. f. f.
(*b*) Albini Annotat. Acad. lib. 1. cap. 18. pag. 70.

* * *

C A-

# CAPUT SEPTIMUM.

## *De rene, numero unico, ſed functione duplici.*

Obſervationibus de inſolita renum figura (*a*), præternaturali vaſorum ſanguiferorum numero (*b*), decurſu (*c*), pelvis ſitu perverſo (*d*), uretere duplici (*e*), ejus dilatatione (*f*), jam alibi annotatis, addenda videtur deſcriptio renis monſtroſi, ſeu renum, ſic invicem concretorum, ut unicum renem, ſemilunarem

(*a*) Obſervat. lib. 1. cap. 5. pag. 82 83. Tab. IV. Fig. 1. 2.

(*b*) Ibid. lib. 1. cap. 5. pag. 79. & not. d. pag. 82.

(*c*) Ibid. lib. 1. cap. 5. pag. 80. 81. & not. f.

(*d*) Ibid. lib. 1. cap. 5. pag. 84. Tab. IV. Fig. 1. β. Fig. 2. n. Pelves renum ferme eodem modo formatas in alio cadavere poſtea reperi. In latere dextro ſinus, quem intrabant vaſa, quo exibat pelvis, non ab anteriore, ut in citatis figuris, conſpiciebatur, ſed in parte poſteriore; in ſiniſtro contra ſinus ab anteriore aderat. Pelvis dextra, tota quanta extra ſubſtantiam renis conſpicua, ex duobus craſſioribus formabatur ramis, quorum ſuperior tribus, inferior binis, ramis confluentibus, & extra renem etiam conſpicuis, conſtabat. In ſiniſtro latere ſeptem erant rami, qui omnes concurrebant ad formandam pelvim. In quoque latere binæ erant arteriæ.

(*e*) Ibid. lib. 2. cap. 7. pag. 129. 130. & not. l. Tab. VIII. Fig. 3. b. c. d. e.

(*f*) Vid. caput quintum pag. 84. 88. 89.

rem quaſi, functione revera duplicem, repræſentent.

In cadavere puellæ, paucas ſeptimanas natæ, exemtis viſceribus abdominalibus, in conſpectum venit maſſa quædam, carnea, ut videbatur, vertebris lumborum, vaſisque, his impoſitis, accumbens. Hæc examinata cum utroque rene ſic cohærebat (*g*), ut dexter (*h*), ſiniſterque (*i*), inferiore parte ad ſe invicem incurvati, confluerent, & unum continuum corpus facerent. Ren ſiniſter magnitudine dextrum ſuperabat; maſſa intermedia (*k*), craſſa admodum, prominebat ultra renum ſubſtantiam. Quisque a parte anteriore (*l*), ubi cavum abdominis reſpiciebat, exſectus erat, ibique conſpiciebantur pelves (*m*), quæ terminabantur, quæque in ſuum, ureterem (*n*), ſic ut & pelves & ureteres non ſolito more ex parte poſteriore renum egrederentur, ſed ureteres renibus ab anteriore incumberent. Arteriæ ſolito plures ex aörta ad hunc monſtroſum renem tendebant. Ex latere dextro aörtæ (*o*), prodibat ramus (*p*), qui tum in

(*g*) Tab. VIII. Fig. 6. c.
(*h*) Ibid. a.
(*i*) Ibid. b.
(*k*) Ibid. c.
(*l*) Ibid. e. e.
(*m*) Tab. VIII. Fig. 6. f. f.
(*n*) Ibid. g. g.
(*o*) Ibid. h.
(*p*) Ibid. i.

in glandulam ſupra renalem (*q*), tum in ſuperiorem dextri lateris renis partem (*r*) terminabatur. In latere ſiniſtro aderat primo ramus (*s*), ad glandulam ſuprarenalem ſiniſtram (*t*) pertinens, dein ſecundus (*u*), qui bifidus (*v*) in renem deſinebat. Emiſſis porro ſpermaticis (*w*), ex quoque latere ramus (*x*) producebatur, qui & dextrum (*y*) verſus & verſus ſiniſtrum (*z*) renem vergebat, eodemque circiter loco, parum tamen inferiori, alius (*a*), qui in maſſam illam, qua bini renes cohærebant, evaneſcebat. Aörta, tum pone renem deſcendens, demum infra eundem rurſus ſeſe monſtrabat (*b*), ibique duæ arteriæ, ex aörta ad renem adſcendentes (*c*), conſpiciebantur. Vena cava (*d*) verſus quodque latus unum (*e*) dabat ramum, quorum ſiniſter (*f*) multo altiori prodibat loco, quam dexter (*g*). Dexter vix diviſus renem ſui lateris intrabat. Siniſter, emiſſa ſpermatica (*h*), primo bifidus (*i*), dein in mi-

(*q*) Tab. VIII. Fig. 6. d.
(*r*) Ibid. a.
(*s*) Ibid. k.
(*t*) Ibid. d.
(*u*) Ibid. l.
(*v*) Ibid m.
(*w*) Ibid. n. n.
(*x*) Ibid. o. o.
(*y*) Ibid a.
(*z*) Ibid. b.
(*a*) Tab. VIII. Fig. 6. p.
(*b*) Ibid. q.
(*c*) Ibid. r. r.
(*d*) Ibid. s.
(*e*) Ibid. t. u.
(*f*) Ibid. t.
(*g*) Ibid. u.
(*h*) Ibid. v.
(*i*) Ibid. w.

minores ramos fisſus, per partem ſiniſtram ſeſe diſpergebat.

Unicus itaque numero erat hicce Ren, verum, dum ex utraque parte pelvis prodibat, ſuum in ureterem deſinens, functione duplex dici merebatur. Convenit itaque cum illo, cujus deſcriptionem dedit Hallerus (*k*). Hic bis ex duobus coalitum renem vidit. In altero caſu, hic memorando, fines inferiores renum ad ſe mutuo accedebant, introrſum ac paulum ſurſum converſi; iſti fines coaluerant, miſtæque carnes utriusque renis erant. Ad eam conjunctionem propria arteria ab utraque iliaca adſcendebat, ſupra iliacorum truncorum in femorales & hypogaſtricas diviſionem nata; propria etiam vena, ab initio venæ iliacæ ſiniſtræ orta, paulo dexterior, renum coalitum, adibat. Ad fines etiam inferiores utriusque renis proprius utrimque ramus ab aörta edebatur. Sex aderant arteriæ renales, tres in quoque latere, quatuor venæ, unica in latere ſiniſtro, & illa præterea, quæ ad conjunctionem progrediebatur. Pelves, ab anteriore conſpicuæ, in ureteres, ante conjunctionem deſcendentes, terminabantur. Huc etiam refe-

(*k*) Oper. min. Tom. 3. pag. 40. ſeq. Tab. 7.

referendum Haenii (*l*) exemplum, ea tamen differentia, quod pelves & ureteres non ab anteriore, ſed a poſteriore conſpiciebantur; arteriæ ſingulo in latere duæ, venæ tantum tres, una in ſiniſtro, duæ in dextro latere aderant; exhibuit enim renem a poſteriore facie, ut vaſorum introitus exitusque paterent.

Non tamen ſoli hi caſus ſunt, cum quibus noſter conferri meretur. Sunt multi, qui attentionem merentur, & in quibus, ut in noſtro, renes ab inferiore parte cohæſerunt, & concreti ſunt (*m*). In aliis con-

(*l*) Rat. medendi contin. Tom. 2. pag. 25. Tab. 4. Fig. 2.

(*m*) Berengarius Iſag. Anatom. cap. de renibus. Bauhinus Theatr. Anatom. lib. 1. cap. 22. Bartholinus Hiſt. Anatom. rar. Cent. 2. hiſt. 77. Monginot Journal des Scavans 16 Mai 1678. Collect. Acad. part. etrang. Tom. 1. pag. 279. Ren ſeptem vel octo pollices longus erat, vertebris lumborum transverſim impoſitus. Quatuor aderant pelves, totidem ureteres, arteriæ & venæ. Ureteres ex duabus, medio loco ſitis, pelvibus enati, confluebant. Franck de Franckenau Eph. Nat. Cur. Dec. 3. ann. 5. 6. obſ. 176. Tyſon Philoſoph. Transact. N. 142. in Mihles Medic. Eſſays vol. 1. pag. 59. Salzmann apud Nicolai de directione vaſorum in Halleri Collect. Diſput. Anatom. vol. 2. pag. 525. Petſche Sylloge Obſervat. Anatom. §. 79. in Halleri Collect. Diſput. Anatom. vol. 6. pag. 762. Stalpart van der Wiel Obſervat. rar. Cent. 1. obſ. 50. pag. 214. Morand & Duvivier Memoir. de l'Acad. des Sciences ann. 1730. pag. 53. 8°. Withoff Comment. ad Syſt. Leeuwenhoekianum, cui accedit brevis monſtroſorum renum hiſtoria. pag. 62. Kaltſchmied Progr. de uno rene in cadavere invento Jenæ 1755.

conjunctio inter ſuperiores partes renum viſa fuit, & Piccolhominus fatetur, vidiſſe ſe renem unicum inſigniter magnum, in transverſum venæ cavæ & arteriæ magnæ ita incubantem, ut reſima illius atque ſinuata facies deorſum, gibba vero atque convexa ſurſum ſpectaret (*n*). Renes, in ſuperiore parte in unum ſemicirculum coalitos, ſe obſervaſſe, tradit Cl. Wrisberg (*).

Unicum etiam renem, functione duplicem, ſed alio modo conformatum, conſpexiſſe videtur Panthot (*o*). Dicit enim, unicum renem ultimæ lumbo-

1755. Meckel Epiſt. ad Hallerum ſcript. vol. 3. pag. 429. Baeck Ibid. vol. 2. pag. 200. 201. Greding in Ludwigii Adverſar. medic. pract. vol. 3. pag. 115. Conf. Halleri Elem. Phyſiol. Tom. 7. pag. 242. & Morgagni de ſed. & cauſ. morb. Epiſt. 48. art. 16. Hic enarrata a bene multis exempla collegit, atque diviſit in ea, in quibus ren unus factus eſt pro duobus, & in ea, in quibus factus eſt ex duobus. Wrisberg. deſcript. anatom. embryonis. obſ. 4. in Theſaur. Diſſert. vol. 3. pag. 234. not. p. Obſervavit etiam unicum renem Gebhard. Hic, in corpore vertebræ lumborum ultimæ ſitus, margine excavato ſurſum, convexo deorſum, ſpectabat. Ex aörta prodibant duæ arteriæ, ex arteria iliaca ſiniſtra unica. Duo aderant ureteres, alter ſimpliciter ex ſubſtantia renis educebatur, alterum quinque rami, ſeparatim ex ſubſtantia renis exeuntes, dein concurrentes, formabant. Adverſar. Medic. pag. 39.

(*n*) Anatom. Prælect. lib. 2. lect. 22. pag. 140. 141.

(*) Diſſ. de præternaturali & raro inteſtini recti cum veſica urinaria coalitu, & inde pendente ani defectu. Goett. 1779. pag. 6.

(*o*) Journal des Scavans 17 Mars 1681. Collect. Acad. part. etrang. Tom. 1. pag. 292.

borum vertebræ incubuiſſe, qui ſolito more vaſa accipiebat, ſed ex utroque latere emittebat pelvem, ſuo uretere inſtructam. Siniſtrum renem defuiſſe, dextrum duplo, quam ſecundum naturam, majorem, duplici pelvi ac duplici uretere inſtructum, ureterem autem utrumque ad dextram tendiſſe veſicæ partem Morgagni notavit (*p*), & hoc etiam viderunt Panarolus (*q*), atque Laubius (*r*). In aliis caſibus duo renes in unum miro modo confuſi videntur (*s*); quin & unicus ſubinde ren repertus eſt, magnus, ſolitis vaſis inſtructus, unicumque modo ureterem emittens, licet in oppoſito latere nullus ren, nullus ureter, nullus ren ſuccenturiatus, vaſa emulgentia nulla, conſpicienda eſſent (*t*).

(*p*) De ſed. & cauſis morborum Epiſt. 31. art. 25.
(*q*) Medic. Obſervat. Pentec. I. obſ. 3.
(*r*) Ephem. Nat. Cur. Cent. 9. obſ. 16.
(*s*) Haller Oper. min. Tom. 3. pag. 44. Tab. 7.
(*t*) Hilſcher proluſ. de unico in homine reperto rene. Jenæ 1733. pag. 5. 6.

* *
*

C A-

# CAPUT OCTAVUM.

## *De ſuturis oſſium cranii.*

Commiſſuras oſſium calvariæ, quas ſuturas vocant, non in omnibus capitibus eodem modo ſeſe habere, ſed in his, ut & in oſſiculis, quæ triquetra multis dicuntur, inconſtantiam naturæ perſpici, meæ etiam obſervationes probant. Novit hoc jam Hippocrates, & hominum capita nihil inter ſe ſimiliter habere, neque ſuturas capitis in omnibus eodem loco conſiſtere, jure innuit ſummo (*a*). Ut autem naturæ luſus communicaſſe, humani corporis indagatoribus gratum ſemper, imo gratiſſimum, ſic inſignis inde redundat utilitas, quando illorum cognitione vel animalis œconomia explicari, vel morborum ſedes atque cauſæ intelligi, vel errores in exercenda praxi medica & chirurgica evitari, poſſunt (*b*). Poſteriorem certe uſum illos, hoc capite deſcribendos, habere, quis negabit, qui peſſimas in mentem revocat ſequelas, enatas, quando fracturas a ſuturis non rite diſtinxe-

(*a*) Lib. de cap. vuln. art. 1. Edit. Lind. Tom. 2. pag. 687. Lib. de loc. in homine art. 10. Tom. 1. pag. 368.

(*b*) A. Monro Medic. Eſſays and Obſervat. vol. 5. pag. 181.

ſtinxerant chirurgi (*c*), qui novit, tales errores non ab imperitis tantum fuiſſe commiſſos, ſed vel a peritiſſimis, vel ab Hippocrate, quem ſuturæ deceperunt, ſic ut ſectione opus eſſe nulla cenſuerit, & decimo ſexto die homo, lapide ictus, ex capitis vulnere obierit (*d*).

Deletas fuisſe ſuturas, illarum vix ullum veſtigium conſpici potuiſſe, non tantum in adultorum hominum calvariis, ſed & in juniorum craniis, legitur.

Poſt pugnam Platæenſem cum in unum locum osſa, carne nudata, comportarentur, inventum fuiſſe caput, nullam ſuturam habens, ſed ex uno oſſe conſiſtens, memorat Herodotus (*e*). Meminit Ariſtoteles cranii hominis, cujus omnes ſuturæ erant deletæ

(*c*) Conf. Celſus de Medicina lib. 8. cap. 4. pag. 515.

(*d*) Popular. lib. 5. art. 14. Edit. Lind. Tom. 1. pag. 778. hæc habet. „ Autonomus in Omilo, ex capitis vulnere, mortuus eſt, die decima ſexta, in media æſtate lapide ex manu ictus, in ſuturas in medio ſincipite. Quare non animadverti ipſum ſecari opus habere, deceperunt enim me ſuturæ habentes in ſe ipſis jaculi læſionem; poſtea enim conſpicuum id fiebat. Primum quidem ad claviculam, poſtea ad latus, dolor fortis valde, & convulſio ad ambas manus venit. In medio enim capitis ac ſincipitis ulcus habebat. Sectus eſt autem die decima quinta, & pus prodiit non multum. Membrana vero cerebri imputrefacta apparebat.”.

(*e*) Hiſtor. lib. 9 pag. 540.

tæ (*f*). A. Benedictus ſolidam, ſine compaginibus deprehenſam, calvariam deſcribit (*g*). In quibusdam ſuturas capitis nullo pacto fuiſſe conſpicuas, tradit Columbus (*h*). Illas in multis calvis aboleri & connaſci auctor eſt Euſtachius (*i*). Tale caput disſectum a Brucæo vidit Pauwius (*k*). Cranium ubique ita coaluiſſe, ut nullæ fere animadverti potuerint ſuturæ, niſi quod, admota candela, rarior & pellucidior appareret textura oſſis illis in locis, ubi alias ſecundum naturam ſolent eſſe ſuturæ, refert Meibomius (*l*), qui pariter memorat, Helmſtadii in auditorio medico monſtrari cranium Belgæ, cujus cadaver inſolitæ magnitudinis ibidem anno 1596. fuit ſectum, in quo nullum vel leviſſimum indicium licet obſervare ſuturarum. Cranium bajuli, Patavii disſecti, ſe adſervare dicit Velſchius (*m*), nullis omnino ſuturis præditum. In cranio hominis,

nis,

(*f*) Hiſtor. Animal. lib. 1. cap. 7. lib. 3. cap. 7.

(*g*) Hiſtor. human. corp. lib. 4. cap. 7.

(*h*) De re Anatomica pag. 484. edit. in 8°. pag. 263. edit. in F°.

(*i*) Opuſc. Anatom. pag. 147. 173.

(*k*) Prim. Anatom. de oſſibus. pag. 30. Conf. Succentur. Anatom. pag. 16. Riolani Anthropograph. pag. 406.

(*l*) Exercit. medic. de obſervationibus rarioribus, in nupero ſubjecto Anatomico Groningæ 1660. in Halleri Collect. Anatom. vol. 6. pag. 647.

(*m*) Hecatoſt. prim. Obſervat. Phyſic. Medic. pag. 99.

nis, ſexaginta annis majoris, qui ex contignatione, quatuordecim ferme pedes alta, in alteram delapſus fuerat, calvariam duplici & longiſſimo tractu fiſſam obſervavit, illam vero craſſam, & obliteratis ſuturis maxime compactam, firmiſſimamque, apparuiſſe, notat Pohlius (*n*). Miram pueri calvariam, ubi omnes ſuturæ veræ ita concretæ & abolitæ ſunt, ut ne veſtigium quidem ſuturarum adpareat, quamvis puer quartum annum nondum exceſſerit, adſervat Leber (*o*). In puella undecim annorum, paralytica, cranii oſſa ita conferruminata vidit Zinnius, ut nec ſuturæ coronalis, nec ſagittalis veſtigium appareret, & oſſa temporum cum oſſibus occipitis, ut & oſſa ſphenoidea cum temporalibus, multis in locis, eſſent concreta (*p*). In duodecim annorum puero, poſt fracturam cranii mortuo, vix ullas ſuturas vidit Berger; deërant coronalis ac ſagittalis; & vix quicquam de lambdoidea conſpici poterat (*q*). Academiæ Scientiarum Pariſinæ exhibuit Hunauld cranium infantis ſeptem vel octo annorum, in quo nec

(*n*) Diſſert. de proſtatis calculo adfectis. pag. 19.

(*o*) F. X. Schwediauer deſcript. præparatorum anatomicorum, quæ poſſidet Facultas Medica Vindobonenſis. pag. 65. 66.

(*p*) Comment. Societ. Scient. Götting. Tom. 2. pag. 366.

(*q*) Act. Helvetica vol. 6. pag. 163.

nec ab exteriore, nec ab interiore, ullum veſtigium ſuturæ ſagittalis ac coronalis conſpiciebatur (*r*).

Unam alteramve ſuturam in adultorum craniis obliterari, licet reliquæ nitide exſculptæ ſint, auctores teſtantur varii. Sagittalis frequenter deëſt, & in quindecim calvariis nullum ipſius veſtigium vidit Euſtachius (*s*). In duobus hoc obſervavit Lanzoni (*t*). In Batavo florentis ætatis, cujus corpus ſecuit Clar. Albinus, ſutura ſagittalis tum extrinſecus tum ex interiore parte nulla fuit, & in Tartaro florentis quoque ætatis, non ſagittalem modo, ſed partem quoque mediam coronalis, partem lambdiformis, deletam, vidit (*u*). Inter præparata Anatomica hujus Viri, præter dicta crania, & hodie asſervatur pars cranii hominis adulti, cujus ſutura ſagittalis plane deleta eſt (*v*). Eſſe ſibi cranium, in quo plane deficit ſutura ſagittalis, & duo oſſa verticis in unum continuum os coaluerunt, dicit Clar. van Doeveren (*w*): caput junioris hominis eſt, qui for-

(*r*) Hiſt. de l'Acad. Royale des Sciences ann. 1734. pag. 59. edit. Amſt.

(*s*) Opuſc. Anat. pag. 148. Conf. Riolani Anthropograph. pag. 465.

(*t*) Ephem. Nat. Cur. Cent. 3. obſ. 62. pag. 144.

(*u*) Lib. de Sceleto cap. 43. pag. 229.

(*v*) Suppel. Anatom. part. 2. n. 255. pag. 209.

(*w*) Obſervat. Academ. cap. 13. pag. 194.

forſan non diu poſt nativitatem iſta ſutura jam caruit, quoniam nulla hujus veſtigia extus, intusve, conſpiciuntur, qualia in ſenum ſuturis obliteratis obſervari ſolent; præterea reliqua omnia hujus capitis oſſa, tum calvariæ tum maxillæ ſuperioris, laxiſſimis ſuturis & harmoniis cohærent, ita ut ne quidem conglutinatus ſit oſſis occipitis proceſſus cuneiformis cum baſi oſſis multiformis. Octennis pueri cranium, ſagittali ſutura carens, apud Clar. Scherer vidit Timmerman (*x*).

Aſſervo caput adulti hominis, in quo plane nullum ſagittalis, coronalis, lambdiformis, ſuturæ veſtigium eſt, & reliqua oſſa, ferme omnia, adeo concreverunt, ut vix ab invicem diſtinguantur. Licet autem hoc exemplum jam enarratis addatur, tamen talia crania adeo frequentia non ſunt, quin cum Celſo (*y*) dicere debeamus, raro calvariam ſolidam ſine ſuturis eſſe. Poſſident certe talia exempla alii, verum in Rauii, Albinorum (*z*), collectionibus, propriaque, nul-

(*x*) Diſſ. de notandis circa naturæ in humana machina luſus. pag. 10.

(*y*) De medicina lib. 8. cap. 1.

(*z*) Aſſervantur in Theatro Anatomico non tantum præparata omnia B. S. Albini, ſed etiam ea, quæ poſſedit F. B. Albinus, elapſo anno erudito orbi & Academiæ ereptus, illa enim, una cum eximia inſtrumentorum chirurgicorum collectione, Theatro noſtro legavit.

nullum præter memoratum exſtat exemplum. Tanto autem plura ob oculos mihi verſantur crania, in quibus ſagittalis ſutura vel ſola vel una cum aliis plane eſt obliterata. Sunt mihi vel juniorum vel adultiorum hominum talia decem. In cranio tenuiſſimo fœminæ junioris, quæ hydrocephalo laboravit, præter multa alia, & hoc notandum venit, quod nulla adſit ſutura ſagittalis. In capite æthiopis junioris, in quo reliquæ ſuturæ omnes diſtinctiſſimæ ſunt, ne minimum ſuturæ dictæ veſtigium datur, ſic ut, an unquam adfuerit, dubitari poſſit, dum eo loco, ubi cæterum adeſt, eodem pariter modo ſeſe habent oſſa verticis, ac in ullo alio. In cranio vetulæ edentulæ hæc ſola ſutura perfecte deleta eſt, licet adeo laxæ reliquæ omnes ſint, ut maceratione ſolutum cranium reliquum ferme totum ſit. In aliis diverſæ ætatis nullum omnino apparet ſagittalis hujus vel extus vel intus veſtigium, & cum ea major minorve coronalis pars etiam periit, ſic ut minime mirer, Euſtachium in publico theatro, ante oculos omnium, quindecim tales calvarias expoſuiſſe (*a*). In cranio æthiopis, qui in obſidione Harlemenſi, 1572, ad quam herum ſuum, dominum Bateburgicum, comita-

(*a*) Opuſc. Anatom. pag. 148.

mitatus fuerat, una cum domino trucidatus fuit, de quo mentionem fecit, cujus calvariæ delineationem dedit Pauwius (*b*), quæque & hodie in noſtro Theatro aſſervatur, nulla etiam ſutura ſagittalis adeſt. Periit maximam partem eadem illa ſutura in capite inſignis magnitudinis, quod cum tota ſua ſuppellectile Anatomica Facultati Medicæ legavit Rauius (*c*). In aliis craniis, quæ Idem olim poſſedit, pars major minorve hujus ſuturæ non amplius conſpicitur, & adeſt calvaria, in qua ſutura ſagittalis, in adulta jam ætate, ſeſe ad nares extendit; ſed cujus & inter verticis oſſa, & in oſſe frontis, pauca tantum veſtigia ſuperſunt. Servo cranium puellæ, octo annos natæ, in quo os frontis cum oſſe verticis dextro, & proceſſu laterali oſſis multiformis ſic concrevit, ut ſuturæ coronalis in dextro latere nullum veſtigium appareat, & nexus dicti proceſſus cum frontis & verticis oſſe non diſtinguatur (*). In aliis capitibus deleta ſuturæ lambdiformis major minorve pars.

Ut autem ſubinde pereunt ſuturæ, in aliis craniis con-

(*b*) Primit. Anatom. de oſſibus. pag. 28.

(*c*) Albini Ind. Suppel. Anatom. Rauianæ. pag. 4.

(*) Conf. Hunauld Hiſt. de l'Acad. des Sciences 1734. pag. 58. 1740. pag. 526. Edit. Amſt.

contra ſolito plures inveniuntur. Dividi, procurrente ſutura ſagittali, ſæpe os frontis in viris & in fœminis, niſi plures jam ſatis ſuperque demonſtraſſent, utriusque ſexus capita, in quibus quotannis hunc luſum, & præſentes ſimul ſinus frontales (*d*), oſtendere ſoleo, deſcribere poſſem. In nonnullis ſutura, quæ os frontis ſecat, non in eadem linea cum ſagittali eſt, ſed ex coronali, vel a dextro vel a ſiniſtro latere ipſius, provenit. In capite viri hæc ſutura, ſimili modo enaſcens, & admodum diſtincta, non ultra mediam oſſis frontis partem, tum ab interiore tum ab exteriore conſpicua eſt.

Os verticis in media ſui parte, altera ſutura ſagittali, a ſutura coronali ad lambdiformem extenſa, in duas partes fuiſſe diviſum, traditum eſt (*e*). In duobus, quæ ſervo, craniis os occipitis per mediam tranſverſam ſuturam in partem ſuperiorem & inferiorem dividitur. In uno pars ſuperior latitudinem circiter trium pollicum habet, altitudinem unius & dimidii

(*d*) Albini Annot. Acad. lib. 1. cap. 11. pag. 37. Van Doeveren Specim. Obſervat. Academ. cap. 13. pag 194.

(*e*) Tarin Oſteographie préface pag. 28. Tab. 5. Van Doeveren lib. cit. pag. 195. Vidit Sue os verticis ſiniſtrum, cujus quarta pars poſterior & ſuperior ſuturâ a reliquo oſſe diſtincta eſt. Oſteologie de Monro. pag. 47.

dii (*f*), in altero pars abſciſſa duos lata pollices, altitudine cum præcedenti convenit, in utroque dicta pars per ſuturam, extrinſecus tantummodo conſpicuam, in duas dividitur, hac differentia, quod in primo ſutura oblique a ſiniſtro ad dextrum latus deſcendat (*g*), in ſecundo continuatio quaſi ſagittalis ſit. In alio pars lateralis dextra oſſis occipitis ſutura admodum diſtincta & mobili a reliquo oſſe ſeparata eſt, ſic ut hæcce pars duos pollices longa, unum lata, ſit. Præter hæc ſimilia etiam in Theſauro Albiniano exſtant. Adeſt calvaria adulti, in qua ſeparatus mucro latitudinis eſt pollicum duorum, altitudinis pollicis unius. Aliæ duæ aſſervantur, quibus in dextro latere ab ima extrema lambdiformi usque fere ad ſagittalem os occipitis ſectum ſutura eſt, ſic ut inter ſuturam illam ſecantem lambdiformemque portio contineatur ſatis magna, ſecundum longitudinem earum ovata (*h*).

Juniori ætate os occipitis fiſſum eſt in quoque latere (*i*); eſt autem mihi cranium, in quo hæ fiſſu-

ræ

(*f*) Tab. IX. Fig. 2.

(*g*) Tab. IX. Fig. 2. e.

(*h*) Lib. de Sceleto cap. 24. pag. 131.

(*i*) Conf. Albini Icones oſſium fœtus humani. icon. 10. & 11. g.

ræ non deletæ ſunt, ſed earum loco ſutura invenitur, ut in Albiniana ſuppellectili cranium datur, cui hoc os ſutura breviori extrinſecus ibi loci ſecatur (*k*).

Duplices adfuiſſe ſuturas, viderunt varii. Os occipitis interdum vel transverſa ſutura dividi, vel gemina circumſcribi, perinde ac ſi triangulus major minorem undique comprehenderet, prodidit Euſtachius (*l*). Squammoſas ſuturas duplices memorant alii (*m*). Duplices ſuturas, coronalem, ſagittalem, lambdiformem, deſcribit Mauchart (*n*). Lambdiformem tali modo duplicem, ut Euſtachius ſcripſit, in capite adulti exhibere poſſum, ac, de ſquammoſa aliisque ſimile quid oſtendere, non foret difficile.

In facie ſuturæ rariſſime ſeſe exhibent: vidi tamen dextri lateris os jugale vera ſutura in binas partes, ſuperiorem & inferiorem, diviſum (*o*), quod quum vix unquam obſervatur, dignum viſum fuit, ut icone illuſtraretur. In ſiniſtro latere ejusdem capitis talis ſutura non conſpicitur, ſed leviſſimum, ut videtur, ipſius veſtigium.

Su-

(*k*) Lib. de Sceleto cap. 24. pag. 131.

(*l*) Opuſc. Anatom. pag. 148.

(*m*) Van Doeveren Specim. Obſervat. Acad. cap. 13. pag. 187. Sue oſteologie de Monro pag. 47. in not.

(*n*) Eph. Nat. Cur. Dec. 3. ann. 4. pag. 147.

(*o*) Tab. VIII. Fig. 7.

Suturas non ob eum potiſſimum finem eſſe inſtitutas, ut fiſſuræ oſſis unius curſum inhibeant, neque in oſſa proxima produci ſinant, quam ſententiam olim Galenus (*p*), & qui ipſum ſequuti ſunt, foverunt, probant caſus, a variis notati (*q*), in quibus fiſſuræ per plura oſſa transierunt, confirmant bina, quæ, dum hæc ſcribo, ob oculos verſantur capita, alterum, in quo frontis verticisque oſſa fiſſa ſunt, & fisſuræ in utroque latere per coronalem ſuturam transeunt, alterum, cujus verticis os dextrum fisſum eſt. Incipit hæc fisſura in parte inferiore, & deorſum tendit per procesſum lateralem oſſis multiformis, per baſin ejusdem oſſis, primo recta ad medium circiter locum inter binos procesſus anteriores, inde oblique retrorſum, tum vero ad lunulam, juxta quam carotis interna

(*p*) De uſu partium lib. 9. cap. 17. Fuit, inquit, vel ob eam cauſam utile cranion ex multis oſſibus componi, ut, ſi quando percuſſum, ruptum, fuerit, ne per totum rupturæ ejus progrediantur, ſed inhibeant illic, ac ceſſent, ubi & ſaucium ipſum os ceſſat.

(*q*) Mauchart Eph. Nat. Cur. Cent. 5. obſ. 32. Cent. 9. obſ. 39. Ruiſch Obſervat. Anatom. Chir. 47. Hoffmann Act. Helvet. vol. 3. pag. 290. Duverney Mem. de l'Acad. de Chir. Tom. 1. pag. 191. Schreber Nov. Comment. Acad. Petropol. vol. 3. pag. 400. Morgagni de ſed. & cauſ. morborum Epiſt. 52. art. 24. 35. Pott Obſervations on the nature and conſequences of thoſe injuries, to which the head is liable from external violence. London 1768. pag. 194. 195. alii.

terna a latere dictæ baſis adſcendit, dum retrorſum nexus partis petroſæ & mammillaris oſſis temporum cum osſe verticis ſolutus eſt, & baſis oſſis multiformis ab osſe occipitis, quocum cæterum ſat firmiter connectitur, receſſit. A baſis oſſis multiformis parte, quæ inter binos procesſus anteriores ſurgit, alia fisſura tendit usque ad nexum hujus baſis cum osſe cribriformi. Adeſt & alia fisſura, quæ per os frontis parum ſupra nexum cum zygomate decurrit; hæc introrſum retrorſumque progreditur per lamellam, quæ cavum oculi a ſuperiore parte terminat. Ab apice fisſuræ, quæ incipit in osſe verticis, antrorſum retrorſumque transverſa alia fisſura tendit, antrorſum ſeſe extendens, extrinſecus ad coronalem ſuturam, intrinſecus vero ultra eandem.

## CAPUT NONUM.

### *De oſſiculis ſuturarum.*

In ſuturis ſeparata quædam oſſicula ſæpe occurrunt, quæ ab Olao Wormio, Profeſſore Hafnienſi, Anatomes non experte, denominari ſolent, licet ante eum diu cognita. Scripſit Wormius in litteris, Hafniæ 18 Aprilis 1640 & 6. Aprilis 1643. Thomæ

mæ Bartholino datis, ſe in ſutura lambdoidea ſex inveniſſe oſſicula, tria in dextra ejus linea, tria in ſiniſtra, in utroque cranii tabulato tam exteriori, quam interiori, conſpicua, quæ ab aliis non meminit obſervata aut deſcripta, atque anno 1628. ipſius parenti oſtenderat, & poſtea ſimilia in aliis craniis, ſed magnitudine, numero, & figura, differentia, conſpexisſe (*a*). Sed ipſe Wormius Andernacum, Guntherum proprie dictum Andernacenſem, Profesſorem Pariſinum, citat, qui (*b*), præter osſa calvariæ octo, novi cujusdam oſſiculi meminit his verbis; oſſiculum verticis triangulare ad formam lapidis piſcis Cyprini vulgo carpionis dicti, in calvariæ vertice, ubi ſuturæ committuntur, intus ſubſiſtit. J. Riolanus (*c*) eundem Guntheri locum adducit, putatque intelligere ipſum tale oſſiculum triangulare, quale nonnunquam duplicata lambdoides includit, cui Paracelſus dotes admirabiles tribuit adverſus epilepſiam. Non multum differre videntur Wormiana oſſicula a triquetris hisce, niſi priora, proprie, Albino dicta

(*a*) Inſp. O. Wormii & ad eum doctorum virorum epiſtolæ pag. 866. & 711. Epiſt. 658 & 692. ut & Th. Bartholini Epiſt. Medic. Cent. I. Epiſt. 29. pag. 122.

(*b*) Comment. 2. de veteri & nova medicina. pag. 209.

(*c*) Schola Anatomica Pariſiis 1608. pag. 85.

cta (*d*) oſſicula ſuturarum ſint, utrique oſſi, a quibus ſutura fit, partem detrahentia, eoque diverſa ab iis partibus, quæ ſecto per ſuturam osſe fiunt. Diſtinxisſe videtur ſua Wormius a triquetris, per quæ intellexit talia, quæ in junctura ſagittalis ſuturæ cum lambdoidea conſpici ſolent, & triangularia ſunt, dum per transverſam ſuturam apex oſſis occipitis quaſi abſcisſus eſt (*e*). Sed non hoc tantum loco, verum in aliis etiam ſuturis, alii videntur ſeparata oſſicula invenisſe, aut in eadem quidem ſutura, ſed a triquetris diſtincta, notasſe; vix enim Euſtachius (*f*) alios reprehendisſet, quod Anatomici non animadvertant, os, quod Λ literam imitatur, non ſemel in bene conformato cranio multiformes ſuturas obtinere, niſi talia vidisſet; his ſaltem præſentibus multiformes ſuturæ conſpiciuntur. Delineavit etiam Pauw in oſſibus verticis prope ſuturam lambdiformen tales particulas os-

(*d*) Lib. de Sceleto pag. 229.

(*e*) Epiſt. citata 692. ſequentia habet; dum hæc ſcribo mihi ad manum quinque ſunt crania, quorum duo ſuturam ſagittalem per os frontis in naſum usque protendunt. Horum alterum quatuor iſtorum oſſiculorum (qualia ſex primus inveniſſe ſe dixerat) oſtentat, atque ex iis unum in ipſa junctura ſagittalis cum lambdoïdea, quo in loco triquetrum dictum conſpici ſolet.

(*f*) Opuſc. Anatom. pag. 148.

osſeas, peculiaribus ſuturis circumſcriptas, illudque a ſe obſervatum dixit, frequentius hisce, quam aliis calvæ accidere oſſibus, ea uti parte, qua occipitis os attingunt, peculiaria ſe oſtendant oſſicula, ſuis ſuturulis circumſcripta, quæ dubites, num ad bregmatis, num vero ad occipitis pertineant oſſa (*g*). Animadverſione dignum dixit J. Riolanus, in quibusdam craniis portiones oſſeas, propriis ſuturis omnino ſeparatas ab oſſibus cranii, reperiri, circa fines ſuturæ lambdoidis inter os petroſum & occipitale, quas tamen portiones nec debere nec poſſe augere numerum osſium cranii, cenſuit. (*h*).

Quicquid ſit, poſtea bene multi hæc deſcripſerunt, & inſignem in hisce varietatem notarunt. In craniis, quæ aſſervo, dantur horum oſſiculorum varia exempla, magnitudine, numero, ſitu, maxime notabilia.

In tribus craniis magna admodum oſtendere ſoleo; in duobus, præter minora, duo, pollicem latitudine ſuperantia (*i*), in tertio tria talia, paulum minora

(*g*) Primit. Anatom. de Oſſibus Lugd. Bat. 1615. pag. 31. 43. 44.
(*h*) Anthropograph. Oper. omn. pag. 472.
(*i*) Tab. IX. Fig. 2. f. f. Conf. Eſſchenbach Obſervat. Anatom. Chir. Medic. rar. Edit. alt. pag. 93. tab. 1. Van Doeveren Speicm. Obſervat. Academ. cap. 13. pag. 187.

nora (*k*), apparent: priora ejus naturæ ſunt, ut ex Albini mente oſſicula ſuturarum vix dici poſſent, poſteriora autem in concurſu ſagittalis & lambdiformis ſuturæ tali pacto inveniuntur collocata, ut de verticis oſſibus multum tollant.

Tot parva in eadem ſutura alius calvariæ adſunt, ut ſutura vere duplex dici poſſit. Decem majora in alio eundem effectum producunt. Tredecim, ſexdecim, viginti quatuor, majora, minora, in aliis craniis conſpiciuntur (*l*).

In nexu oſſis frontis cum oſſibus verticis, loco fontanellæ, in anteriore ſuturæ ſagittalis parte, rarius, quam ad ejusdem partem poſteriorem, inveniuntur (*m*).

Con-

(*k*) Tab. IX. Fig. 1. d. e. f.

(*l*) Numerum inſignem etiam notarunt Monro medic. eſſays vol. 5. pag. 181. Heiſter Comp. Anatom. §. 75. Van Doeveren lib. cit. pag. 186.

(*m*) Vidiſſe hoc etiam videtur Pauwius. Vidi, inquit, bregmatis oſſiculum (illud dico quo natura locum illum in infantibus apertum poſtmodum replet) peculiari circumſcriptum ſutura. Succentur. Anatom. pag. 18. Borellus cranium vidit, in quo ſutura coronalis omnino rotunda fuit, ut vere coronalis dici poſſet; interſecabat autem ſagittalem & coronalem vulgarem, adeo ut crucem in circulo referret. Obſervat. Cent. 2. obſ. 62. Nonne hoc in exemplo, in concurſu ſagittalis cum coronali, oſſiculum Wormianum adſuit, in quatuor partes, ſaltem ad adſpectum, diviſum? Delinearunt hoc loco inventa oſſicula Trioen Obſerv. Medic. Chir. pag. 24. tab. 2. Stehelin Theſ. phyſico-anatom.

Continet tamen propria collectio quatuor exempla, in eo diverſa, quod vel majora (*n*), vel minora (*o*) ſint, & vel partem de ſolis oſſibus verticis (*p*), vel etiam de frontis oſſe (*q*), tollant. In Rauiano Theſauro invenitur caput, in quo tale oſſiculum inſignis longitudinis, retrorſum autem ſeſe extendens, hoc in loco adeſt. In ſutura ſagittali vel ab anteriore vel a poſteriore in nonnullis ſimilia exhibeo (*r*). Duo crania tale habent in media ſutura coronali, ubi frontis os cum verticis oſſe dextro connectitur (*s*); in alia calvaria in quoque latere ſimile ſeſe manifeſtat (*t*). In nexu proceſſus lateralis oſſis multiformis cum oſſe verticis, vel cum ſquammoſa temporum parte, varia, & inter hæc majora, vidi (*u*).

CA-

tom. botan. art. 19. in Halleri Collect. Diſp. Anatom. vol. 6. pag. 671. Tarin oſteographie Pref. pag. 16. pl. 4. Van Doeveren Specim. Obſervat. Acad. cap. 13. pag. 190. Tab. 3. qui in Theſauro oſſium Clar. Camper ſimile vidit; quadratum memorat Bertin Traité d'Oſteologie Tom. 2. pag. 474. Sue Oſteologie de Monro. pag. 47. in not.

(*n*) Tab. IX. Fig. 3. 4. 6. 7.

(*o*) Tab. IX. Fig. 5.

(*p*) Tab. IX. Fig. 4. 5. 6.

(*q*) Tab. IX. Fig. 3. 7.

(*r*) Tab. IX. Fig. 8.

(*s*) Tab. IX. Fig. 9.

(*t*) Schwediauer deſcript. præpar. anatom. quæ poſſidet Facultas Medica Vindobonenſis pag. 64. In diverſis ſuturæ coronalis locis talia vidit Sue, Oſteologie de Monro pag. 47. in not.

(*u*) Conf. Albini liber de Sceleto pag. 230. Schwediauer lib. cit. pag. 65.

## CAPUT DECIMUM.

### *De oſſibus, diverſo modo, a ſolita conformatione abludentibus.*

Ut partes molles non in omnibus corporibus eodem ſeſe habent modo, ſed, in aliis aliisque hominibus, iisdem functionibus deſtinata organa aliter ſæpe fabrefacta conſpiciuntur, ſic in oſſibus etiam inſignes varietates ſeſe Anatomicis offerunt, &, dum innumera ferme ſceleta examinavi, vix aliter eſſe potuit, quin & mihi tales ſeſe obtulerint, quæ notandæ videntur, & aliorum obſervatis hac in re ſuperaddi (*a*).

In artubus magis ſibi conſtans videtur natura, quam in cranio & trunci oſſibus, præcipue itaque dicendum erit de luſibus, in his obſervatis.

Frontis os, ſutura ſagittali procurrente aliquoties in binas partes diviſum (*b*), intus ſinus recondit, quos

(*a*) Cujuscunque oſſis deſcriptioni addidit Clar. Albinus, libro de ſceleto humano, inſolitam, quam detexit, fabricam. Fecerunt & hoc alii. Separatim, vel una cum aliis obſervationibus, ſuas de oſſibus annotationes communicarunt nonnulli.

(*b*) Conf. caput octavum. pag. 111.

quos Frontales dicunt. Horum defectum nonnulla crania mihi monſtrant (*c*); illos vero ſubinde parvos admodum, & piſi vix capaces (*d*), ſubinde deficientes in uno, præſentes in altero (*e*), latere notavi; in aliis capaciſſimos, & ſeſe per illas lamellas, quæ cava oculorum a conceptaculo cerebri diſtinguunt, ad proceſſus priores oſſis multiformis, a latere quoque cribriformis osſis, extendentes, conſpexi (*f*). Unicum absque ullo ſepimento adfuiſſe vidi. Subinde contigit, medium ſeptum nunc verſus hanc nunc verſus illam partem inclinaſſe, ſic ut alter ſinus alterum inſigniter magnitudine ſuperaret (*g*); contigit, ſeptum foramine pertuſum, vel imperfectum, fuiſſe, ut alter ſinus cum altero communicaret. Plura in aliis adfuere ſepimenta, ſinus in diverſos loculos dividentia, ſic ut tota hæc interna

(*c*) Notat & hoc Hallerus. Elem. Phyſiol. Tom. 5. pag. 138. & talia exempla varia adducit. Conf. Cl. Van Doeveren Specim. Obſervat. Academ. cap. 8. pag. 197. Rarum hoc eſſe dixit Cl. Albinus Annot. Acad. lib. 1. cap. 11.

(*d*) Van Doeveren lib. cit. pag. 196.

(*e*) A dextris frontalem ſinum defeciſſe, vidit Morgagni Adverſar. Anatom. prim. pag. 39.

(*f*) Conf. Schulze in Act. Acad. Nat. Cur. vol. 1. obſ. 228. pag. 509.

(*g*) Conf. Obſ. lib. 1. cap. 7. pag. 102. Schulze lib. cit. pag. 508.

na oſſis frontis pars cavernoſa appareret (*h*); & hæc ſepimenta in aliis non perfecta, ſed quaſi naſcentia, conſpiciuntur (*i*).

Os occipitis, per ſuturam transverſam quandoque fiſſum, parte illa, qua cerebrum reſpicit, ſinuum, & lon-

(*h*) In quatuor nonnunquam partitos ſinus conſpexit Morgagni Adverſar. Anatom. prim. pag. 38. & raro ipſi contigit, ut illos ſinus in uno atque altero capite ad eundem modum adinvenerit. Conf. Aurivillius de naribus internis §. 4. Theſaur. Diſſert. vol. 1. pag. 365. N. Roſén de oſſibus calvariæ. pag. 19. 20. Sue Oſteologie de Monro pag. 54. in not.

(*i*) Inſecta, his in ſinubus nidulantia, atrociſſimis doloribus, convulſionibus, ſimilibusque malis anſam dediſſe, plures adnotarunt. Hildanus Obſervat. Chirurg. Cent. 1. obſ. 8. add. Cent. 5. pag. 381. Fernelius Patholog. lib. 5. cap. 7. Tulpius obſervat. medic. lib. 4. cap. 12. Langelottus in Bartholini Epiſt. Medic. Cent. 2. pag. 641. Littre Acad. des Sciences ann. 1708. pag. 42. Kerkring Spicileg. Obſervat. Anatom. 43. Maloët Acad. des Sciences ann. 1733. pag. 34. Quelmalz Commerc. Litter. 1746. p. 131. Schaarſchmidt Medic und Chir. nachr. P. 1. pag. 214. Razoux Journal des Sçavans 1758. Zacharides Nov. Act. Acad. Nat. Cur. Tom. 4. pag. 188. Wohlfart N. Act. Acad. N. C. vol. 4. obſ. 57. & Obſervat. de vermibus per nares excretis. Halæ 1768. Salzmann Diſſ. de verme naribus excuſſo, Arg. 1721. De Loos in Lentſrinck Geneesk. Tydſchrift. III. D. pag. 347. His propriam obſervationem addere poſſum puellæ, quæ intolerabilibus ferme cruciatibus in parte inferiore oſſis frontis, ſupra orbitas, in ſinibus frontalibus vexabatur, nec ullum ſolamen per adhibita remedia percipiebat, aſt plenarie ſanabatur, poſtquam, excitata ſternutatione, ſcolopendra phoſphorea naribus erat expulſa.

longitudinalis & transverſalium, monſtrat veſtigia, ſeu ſulcos. Sulcus longitudinalis, plerumque in transverſalem dextrum deſinens, in variis capitibus, quæ asſervo, in ſiniſtrum continuatur. In duobus diſtincta admodum veſtigia ſinuum occipitalium deteguntur. Unum horum præcipue attentionem meretur; veſtigium quippe ſinus transverſalis dextri nullum adeſt, ſiniſtri non adeo profundum, quam cæterum eſſe ſolet. Deſinit veſtigium ſinus longitudinalis in transverſalis ſiniſtri ſulcum; ſed medio in oſſe occipitis originem trahunt profundi admodum ſulci, qui, ſecedentes, foraminis magni partem maximam ambiunt, & deſinunt ad illa foramina, quæ inter os occipitis & petroſum in quoque latere dantur, & ad illud diverticulum, quod venam jugularem internam admittit, atque in ſiniſtro hujus capitis latere capacisſimum exiſtit. In recenti capite patuit, ſinum duræ matris longitudinalem ſeſe evacuaſſe in transverſalem ſiniſtrum, qui tamen dextro erat demiſſior. Dexter communicabat quidem cum longitudinali, ſed ſepto quodam ab oſtio ſiniſtri ſinus diſtinguebatur; ſinus quartus ad priorem hujus ſepti partem deſinebat. Occipitales ſinus poſteriores aderant duo, juxta latera proceſſus falci-formis minoris, lobos cerebelli diri-

dirimentis; decurrentes; quisque ex transverſali notabili oſtio enaſcebatur, ſiniſter, dextro multo capacior ex ſiniſtro, dexter ex dextro; inde deſcendentes, latera foraminis magni ambientes, dein ab eo recedentes, ad foſſam jugularem deſinebant. Sinus transverſalis dexter ſenſim capacitate decreſcebat. Prout transverſalis ſiniſter major erat ac capacior dextro, & occipitalis poſterior ſiniſter occipitalem alterius lateris ſuperabat, ſic & foſſa jugularis ſiniſtra capaciſſima inveniebatur, parva admodum foſſa dextra, & ſimili plane modo venæ jugulares internæ inter ſe differebant. Inter ſinum occipitalem dextrum & ſiniſtrum tres aderant communicationes, ſuperior, ubi ſibi accumbebant, foramini ſimilis, media, parvum canalem referens, inferior, ſecedentibus ſinubus, majorem canalem formans. In parte mammillari oſſis temporis, cui ſinus lateralis pars inferior accumbere ſolet, hoc in capite nullum ipſius veſtigium conſpiciebatur.

Multiformis oſſis baſis, medio loco partim excavata, & ſellam turcicam formans, ab anteriore ſurgit, a poſteriore extantem lamellam habet. Tum anterior pars, tum poſterior paries, emittit eminen-

tias duas, quas proceſſus clinoïdeos nominant, quales itaque poſteriores duo, priores totidem, adſunt. Mucronem poſteriores prioresque, alteri in alteros, dirigunt, fitque, ut eos conjungant in ponticuli ſpeciem (*k*). Nonnulla talia exempla habeo. In uno, ex medio hoc ponticulo, pars oſſea ad baſin rurſus deſcendit, ſic ut, ex nexu proceſſuum clinoideorum duo in quoque latere formentur foramina, adeoque in hoc oſſe, dum alias a latere baſeos non niſi unicum foramen adeſt pro nervo optico, tria dentur, maxime diſtincta. In alio proceſſus clinoïdei anteriores, juſto longiores, primo retrorſum tendunt, dein incurvati deſcendunt, & ad baſin deſinentes foramen formant. In alio ſimile foramen in ſolo latere ſiniſtro conſpicitur.

Sinuum ſphænoidalium varietates nonnullas Anatomici notarunt. Aliquoties nulli adfuerunt, baſi osſis ex ſimili ſubſtantia conſtante, qualem corpora vertebrarum, ſacrum os, aut ſimilia, monſtrant (*l*). Simplicem, nullo ſepto diviſum, ad os occipitis usque ſeſe extendentem, & totam baſin adeo occupantem, ut extrinſecus undique tenerrima tantum

cru-

(*k*) Albini lib. de ſceleto cap. 26. pag. 151.

(*l*) Conf. Clar. van Doeveren Obſervat. Acad. cap. 13. pag. 196.

cruſta oſſea ſupereſſet (*m*), obſervavi. In aliis ſeptum adfuit æquabile, ſed vel ad dextrum vel ad ſiniſtrum latus tanta obliquitate vergens, ut alter ſinus alterum inſigniter ſuperaret (*n*). In paucis quisque per parva alia ſepimenta in plures quaſi cancellos ſubdividebatur (*o*).

Oſſis ethmoïdis ſeptum, ſeſe non ſemper recta ad nares demittens, criſta ſua, intra cerebri conceptaculum prominente, ſæpiſſime etiam verſus unum alterumve latus inclinat, & in uno capite tantopere, ut vix ullum foramen a latere, verſus quod receſſit, detur, per quod nervi olfactorii ad narium interiora progredi potuerint (*p*). In alio capite partes cribroſas in quoque latere adeo latas vidi, ut totum os, hoc

(*m*) In vetulæ cranio maximos vidit Aurivillius. Diſſ. de naribus internis. Theſaur. Diſſert. Tom. 1. pag. 366.

(*n*) Medium ſeptum ſic fuiſſe collocatum, ut ſinus in ſuperiorem & inferiorem divideret, notat Morgagni de ſed. & cauſ. morb. Epiſt. 63. art. 13.

(*o*) Conf. Halleri Elem. Phyſiol. Tom. 5. pag. 140., ubi dictæ varietates aliis exemplis allatis etiam probantur.

(*p*) Morgagnus adeo oblique poſitum, ſimulque ita factum, hunc proceſſum vidit, ut ſedem foraminulorum, per quæ nervi olfactorii in naſum trajiciuntur, tanto anguſtiorem altero in latere efficeret, quanto in oppoſito latiorem, ac multo minor foraminulorum ejusmodi numerus inde eſſet, quam hinc. De ſed. & cauſ. morb. Epiſt. 14. art. 16.

hoc in loco, ad minimum duplo latius ſolito eſſet, & foramina ejus multo magis paterent.

Cavernulæ, quæ lateralem hujus oſſis partem componunt, pro parte hiant, & appoſitis oſſibus vicinis, frontis, maxillari ſuperiore, unguis, palati, clauduntur, pro parte clauſæ ſunt per lamellam teneram, Anatomicis nomine oſſiculi plani notam; hæc lamella, ſimplex, in uno capite ex duabus partibus diſtinctis, anteriore minus lata, poſteriore latiore, per ſpeciem harmoniæ nexis, conſtat (*); in alio tantæ longitudinis eſt, ut ad proceſſum naſalem osſis maxillaris ſeſe extendat, & ſeparatum ac diſtinctum osſiculum unguis non adſit, ſed defectum quaſi ipſius ſuppleat, excavata etiam ibi loci, ubi os unguis cæterum ſinum perficit pro ſacco lacrymali (†).

Maxil-

(*) In duas partes os planum diviſum etiam memorat Hunauld Memoir. de l'Acad. des Sciences 1740. pag. 527. not. a. Edit. Amſt.

(†) Defeciſſe oſſicula unguis tota, vidit Cl. Lobſtein. Conf. J. F. Licht Diſſ. de præcipuis viarum lacrymalium morbis Argent. 1776. pag. 50. Metzger, vidisſe ſe in ſceleto, adfirmat, defeciſſe in totum utrimque oſſa lacrimalia, hiatum vero a maxillaribus oſſibus repletum, quæ ad planam usque ethmoidei laminam orbitæ cavo obverſam excurrebant. Iterum vidiſſe oſſa, ab ungue denominata, haud quidem deficientia, ſed ita retrorſum verſus orbitæ fundum retracta, ut nulla esſet eorum pars in formando canali naſali, qui totus inſculptus erat maxillarium oſſium apophyſibus præmagnis. Curationum chirurgicarum,

Maxillare os ſuperius corpore ſuo excavatum ſinum habet, quem ab Highmoro denominare ſolent, licet longe ante ipſum cognitus fuerit (*q*). Hic varios etiam admittit luſus. Abfuiſſe (*r*), aut cellulis oppletum in varias partes fuiſſe diviſum (*s*), notarunt. Eſt mihi caput, in quo ab utroque latere parvus adeo ſinus eſt, ut vix ſinus nomen mereatur; lamella oſſis externa, infra & prope nexum cum oſſe jugali, adeo introrſum preſſa, ut interna, quæ a palato ſurgit, & palati os ac ſpongioſum inferius ſuſtinet, ferme attingat, & infra verticem oſſis, qui fundum cavi oculi format, nonniſi parvum admodum ſpatium relinquatur. In multis, quæ, dum hæc ſcribo, ob oculos verſantur, ſepto ſemilunari dividitur ſinus in partem anteriorem & poſteriorem.

Ut nulla oſſicula unguis adfuiſſe, ſupra dictum eſt, ſic rariori adhuc exemplo, in capite fœminæ, ad cujus cadaver tabulæ uteri gravidi (*t*) factæ ſunt, nulla

rum, quæ ad fiſtulam lacrymalem hucusque fuere adhibita hiſtoria critica. Monaſterii 1772. pag. 66.

(*q*) Aurivillius de naribus internis. Theſaur. Diſſert. Tom. 1. pag. 567. not. i. Haller Elem. Phyſiol. Tom. 5. pag. 142.

(*r*) Morgagni Adverſar. Anatom. prim. pag. 38. ſext. pag. 116.

(*s*) Le Clercq pag. 96.

(*t*) Obſervat. har. lib. 2. cap. 1. Tab. 1. 2. 3. 4. 5.

R

la omnino adſunt oſſicula naſi, proceſſus vero naſales oſſium maxillarium ſuperiorum tanto exiſtunt latiores, & defectum dictorum ſupplent; apertura autem narium anterior major eſt, & ad hanc usque ſeſe extendit ſutura ſagittalis, quæ os frontis itaque non tantum dividit, verum etiam inter proceſſus naſales maxillarium oſſium deſcendit.

Os jugale ſubinde in binas partes dividi media ſutura, jam dictum eſt (*u*).

Totum cranium, ex tot oſſibus compoſitum, in omnibus eandem formam atque figuram non habet. Habeo parva admodum, adultorum tamen hominum, habeo contra magna; aſſervo, quibus frontis os a ſutura coronali maxime depreſſum, alia, quibus hoc in loco caput multum ſurgit; pauca, quæ ab anteriore æque rotunda, ac a poſteriore; unum, cujus forma ad quadratam ferme accedit; multa, quibus figura irregularis eſt, ſic ut in altero latere pars poſterior magis promineat, quod quidem in plerisque in dextro latere locum habet.

Craſſitie crania etiam inſigniter differunt (*). Tenues

(*u*) Conf. caput octavum pag. 113. & Tab. 8. Fig. 7.

(*) Morgagni de ſed. & cauſ. morb. Epiſt. 3. art. 2. Epiſt. 4. art. 16. Epiſt. 9. art. 20. Jancke de foraminibus calvariæ Theſaur. Diſſert. vol. 2. pag. 202.

nues admodum reddi tabulas cranii, & diſparere diploën omnem, iis in caſibus, ubi, vel ob collectam aquam, vel aliam ob cauſam, diſtentum maxime cranium fuit, notum eſt; ſed talis tenuitas oſſium etiam in ſanorum hominum craniis ſubinde detegitur. Tenue adeo caput poſſideo, ut in multis locis ordinariæ chartæ craſſitiem non ſuperet, & tamen caput adulti hominis eſt, forma ſua a naturali non recedens. In multis craniis obſervamus, licet craſſitiem naturalem habeant, vel & ſuperent, quod in nonnullis locis eadem hæc oſſa adeo tenuia ſint, ut nonniſi externa lamella ſupereſſe videatur (*v*). In aliis craſſities inſigniter adaugetur. Exſtant præprimis hoc ſenſu notabilia capita in Supellectili Anatomica, quam Facultati Medicæ olim legavit Rauius. In uno horum externa internaque tabula multum receſſerunt ab invicem, media autem diploë, maxime expanſa, in cellularem quaſi ſubſtantiam abiit (*w*). In alio craſſities & pondus ſimul ſunt adaucta, & diploë nulla conſpicitur, ſed media illa ſubſtantia compacta admodum eſt, & a tabulis vix diſcernenda (*x*). Licet

(*v*) Morgagni de ſed. & cauſ. morb. Epiſt. 63. art. 8.
(*w*) Albini Index Sup. Anatom. Rauianæ. p. 4. num. 27.
(*x*) Ibid. pag. 4. num. 29.

cet hocce caput parvum dici debeat, tamen pondus ipſius duarum librarum eſt, ſic ut æquet, imo ferme pondere ſuperet, magnum illud caput, quod in eadem ſupellectili continetur (y), quamvis & hujus capitis oſſa ſolito craſſiora, & adeo magna, ſint, ut ſolum frontis os duobus pollicibus ſuperet idem os dicti ponderoſi capitis.

Defectus oſſificationis in pluribus ſæpe capitis oſſibus conſpiciuntur, ſic ut in recenti non niſi membrana ſit, quæ conceptaculum cerebri tali in loco claudat, & in macerato, medio in oſſe, verum foramen conſpiciatur. In oſſe frontis, verticis, tales defectus oſtendere ſoleo, & in oſſe occipitis puellæ, cujus verticis & frontis os dextro in latere una cum laterali proceſſu oſſis multiformis adeo concreviſſe, antea (z) monui, ut ſuturæ veſtigium nullum ſuperſit, verum etiam foramen apparet, ubi ab interiore lobi poſteriores cerebri accubuerunt. Eſt mihi cranium adulti hominis, in quo tale foramen præternaturale adeſt in parte dextra & inferiore oſſis verticis; & aliud in proxima parte oſſis occipitis: partes petroſæ oſſium temporum adeo tenues ſunt, ut in utroque

que

(y) Albini Index Sup. Anatom. Rauianæ. pag. 4. 5. num. 30.
(z) Vide Cap. octavum. pag. 110.

que latere canalis ſemicircularis ſuperior plane apertus hiet.

Ut partes admittere, alias emittere, poſſet calvaria, foraminibus bene multis pertuſa eſt, præſertim in fundo. Hæc foramina vel oſſi cuidam propria ſunt, vel ex nexu variorum inter ſe formantur (†). In genere quidem dicere poſſumus, conſtantem ſibi ſatis naturam in hisce eſſe, ſed tamen ſubinde vel plura vel pauciora dantur. Plura, ſi proceſſus clinoidei oſſis multiformis confluunt, ponticuli ſpeciem formant, & ex medio hoc ponticulo pars oſſea ad baſin tendit; aut proceſſus clinoïdei priores, ad baſin incurvati, cum ea confluunt (*a*); vel quando foramina ſepto medio dividuntur, ut aliquoties duplex illud vidi, quod a Clar. Albino duodecimo loco memoratur (*b*), & nervum lingualem, par nonum, transmittit. Subinde foramina abeſſe, ſatis notum, & illa, quæ in oſſibus verticis, quæ pone condylos oſſis occipitis inveniuntur, una cum aliis, nunc in hoc, nunc in utroque latere, non conſpici, vix opus eſt, ut moneam.

In

(†) Exactiſſime cuncta deſcripſit Albinus lib. de ſceI. pag. 231. ſeq.
(*a*) Conf. hocce cap. pag. 126.
(*b*) Lib. de Sceleto cap. 45. pag. 236. & cap. 24. pag. 136.

In oſſibus, quæ truncum artusque componunt, tanta varietas non datur, quanta in iis, quæ caput formant, in nonnullis tamen naturæ quosdam luſus notavi, qui verbo memorandi ſunt.

Sternum, ut in ſenibus frequenter admodum ex uno oſſe conſtat, in multis ex duobus componitur; in uno tali oſſe pars inferior non tantum cum media concrevit, ſed in duos deſinit mucrones, cartilagine ſic nexos, ut medium relinquatur foramen. In aliis, adultorum tamen hominum, ſex ſeptemve diſtinctas partes notavi. Summum humerum, ſeu acromion, cum ſpina ſcapulæ, interventu cartilaginis, cohæſisſe, vidi (*c*).

Coſtas duas, parte poſteriore intermedia ſubſtantia oſſea concretas, poſſideo (*d*), ut in Theſauro Albiniano quatuor dantur, medio loco cohærentes (*e*). Duæ

(*c*) Sue Oſteologie de Monro pag. 160. & in not.

(*d*) Palſyn beſchryving der beenderen pag 315. Bertin Traité d'Oſteologie Tom. 3. pag. 134. Albinus Annot. Acad. lib. 2. cap. 13. pag. 55. Medicus Sammlung von Beobachtungen aus der Arzneywisſenſchaft. 1. Th. pag. 80. Sue Oſteologie de Monro. pag. 141. in not. Primam ſecundamque coſtam, ortu ſuo ſeparatas, in progreſſu confluxiſſe, contra quinque ſuperiores poſterioribus partibus concretas, anterioribus ſeparatas, notat Hunauld Memoir. de l'Acad. des Sciences 1740. pag. 535. Edit. Amſt.

(*e*) Supel. Anat. pag. 228.

Duæ ad manus ſunt, extremitate fiſſæ, ſic ut duplex etiam adhæſerit cartilago (*f*). Quatuor, in medio ſuo corpore mobiles, conſpexit Clar. van Doeveren (*g*); ſimilemque articulationis ſpeciem, in coſta ſexta dextri & decima ſiniſtri lateris ejusdem trunci, obſervavi.

Sacrum os, quod parte poſteriore quandoque totum dehiſcit (*), ex ſex vertebris compoſitum, aliquoties vidi; corpora, in adulta etiam ætate, non concreviſſe, ſed inter omnia inſignem ſuperfuiſſe hiatum, notavi. Partem lateralem alteram ſuperioris corporis a reliquo oſſe plane fuiſſe ſeparatam, bis animadverti (*h*).

Femoris oſſis caput abſque illa fovea, cui adnectere ſeſe ligamentum teres ſolet, oſtenſum noſtro in Theatro eſt, dum totum hocce ligamentum plane deërat (*i*).

Car-

(*f*) Albini Annot. Acad. lib. 2. cap. 13. pag. 55. Tab. 7. Fig. 8. Sue Oſteologie de Monro. pag. 141. in not.

(*g*) Obſervat. Academ. Specim. cap. 13. pag. 204.

(*) Verheyen Anatom. Tract. 5. cap. 9. Sue Oſteologie de Monro pag. 127. in not.

(*h*) Conf. Diſſ. de pelvi ejusque in partu dilatatione. Theſaur. Diſſert. vol. 3. pag. 172. Albini Annotat. Acad. lib. 4. cap. 11. pag. 55. 56.

(*i*) Conf. Salzmann Decas Obſervat. illuſtr. Anatom. Argentor. 1725. obſ. 7. in Halleri Collect. Diſput. Anatom. vol. 6. pag. 694.

Carpi oſſicula novem adfuiſſe vidi; in alio ſeptem tantum obſervavi, lunato atque triquetro non niſi unicum os conſtituentibus.

Dentes denique (*k*) loco ſuo ſubinde aberrant, & inſolitas ſedes occupant (*l*). Notabilia maxime exempla communicavit Albinus, & dentes in palato viſos non tantum deſcripſit atque delineavit, ſed nitidiſſimam præterea iconem reliquit capitis, quod jam in Theatro noſtro adſervatur, in quo dentes duo, inter naſum & orbes oculorum, dexter ſiniſterque incluſi ſunt in radicibus procesſuum, quibus osſa maxil-

(*k*) Varietates, in dentibus obſervatas, breviter recenſuit Hallerus Elem. Phyſiol. Tom. 6. pag. 29. Lubet ſuperaddere Arnoldi Obſervationem. Hic, quippe, puerum quindecim annorum vidit, cui dentes integri, ſeptuaginta & duo erant; in qualibet maxilla triginta ſex; ſic ut duplex ſeries inciſorum, caninorum, triumque in quolibet latere molarium poſteriorum integra, anteriorum autem molarium ordo triplex eſſet. Numerabantur ergo in qualibet maxilla dentes inciſores octo, canini in quolibet latere duo, molares ad quodlibet jugum caninorum duodecim. Inciſores ad regularem duplicem ſeriem non ponebantur, ſed, inordinata utraque, ſæpe quaſi promiſcua, cernebantur; ſtrictiorem ordinem ſervabant canini & molares. G. C. Arnold Obſervat. Phyſico-Medic. Ann. 1772. Vratislaviæ 1777. pag. 69. 70. 71.

(*l*) Quæ ratio talis aberrationis ſæpe ſit, intelligent, qui Albinum de mutatione dentium, de eorundem ortu & incremento, Annot. Acad. lib. 2. cap. 1 & 2. Janckii Diſſertationes de oſſibus mandibularum puerorum ſeptennium, Lipſiæ 1751. aliosque conſulunt.

maxillaria ad eminentem naſum pertinent (*m*). His addam aberrantis naturæ duo alia exempla, quæ in propria collectione exſtant. Alterum in maxilla ſuperiori (*n*), alterum in inferiore (*o*), conſpicitur.

In dextri lateris oſſe maxillari ſuperiori calvariæ adulti hominis alveoli, non octo, ut ſolent, ſed ſeptem (*p*) tantummodo conſpiciebantur, aderant quippe illi, qui inciſores (*q*), caninum (*r*), primum, tertium, quartum atque quintum (*s*) molarem, continuerant; alveolus pro ſecundo dente molari non conſpiciebatur, ſed clauſa hic loci maxilla erat (*t*), & præter parvum foramen (*u*) cavitas detegebatur nulla. Perierant dentes, ac tres priores alveoli maximam partem deſtructi erant. Extrinſecus autem in hoc oſſe infra foramen (*v*), per quod ſecundus quinti nervorum paris ramus exit, ſupra alveolum dentis molaris penultimi, nuda prominebat portio radicis aberrantis dentis (*w*). Diffracto oſſe, conſtitit, hanc pertine-

(*m*) Annotat. Acad. lib. 1. cap. 13. pag. 53. Tab. 4.
(*n*) Tab. X. Fig. 1. 2. 3. 4.
(*o*) Tab. X. Fig. 5. 6.
(*p*) Tab. X. Fig. 2. c. d. e. f. g. h. i.
(*q*) Tab. X. Fig. 1. f. g. Fig. 2. c. d Fig. 3. b. c.
(*r*) Tab. X. Fig. 1. h. Fig. 2. e. Fig. 3. 4. d.
(*s*) Tab. X. Fig. 2. f. g. h. i. Fig. 3. 4. e.
(*t*) Tab. X. Fig. 2. k.
(*u*) Tab. X. Fig. 2. l.
(*v*) Tab. X. Fig. 1. 2.
(*w*) Tab. X. Fig. 1. k. Fig. 3. g.

tinere ad molarem ſecundum, qui nunquam extra maxillam ſeſe exhibuerat, verum intra eandem ſingulari delituerat modo. Oblique verſus anteriora & interiora deſcendebat (*x*), quarto alveolo (*y*) ſic appreſſus, ut hic magnam partem deletus eſſet; & ipſe, osſe tamen tectus, verſus palatum (*z*) promineret. Figura ipſius irregularis erat, vicinis quippe partibus ſeſe accommodaverat, &, exemto dente, cavi, quod illum incluſerat, pars poſterior inæqualis, ubi corona hæſerat, profundior, ubi radix, minus profunda (*a*), detegebatur.

Alius cranii maxilla inferior tantum de latitudine perdidit, quantum alveoli antea conſtituerunt, elapſis enim dentibus perierunt etiam alveoli (*b*), & paucorum parvæ tantum conſpiciuntur reliquiæ (*c*); dum in parte ferme ſuperiori foramina (*d*) adparent, quæ tertium ramum quinti nervorum paris transmiſerunt; ſed, quod notandum videtur, delitescit dens molaris (*e*) in proceſſu illo, cui, pone zygoma adſcendenti, tendo temporalis muſculi ſeſe olim

(*x*) Tab. X. Fig. 3. g. f. h.
(*y*) Tab. X. Fig. 3. e.
(*z*) Tab. X. Fig. 2. f.
(*a*) Tab. X. Fig. 4. f. f.
(*b*) Tab. X. Fig. 5. b. b.
(*c*) Tab. X. Fig. 5. c. c.
(*d*) Tab. X. Fig. 5. d. d.
(*e*) Annot. Acad. lib. 1. Tab. 4. Fig. 3. a. b.

olim affixit. Prodire hic itaque nunquam potuit, ſed in maxilla nunc demum ſeſe exhibet, dum tempore proceſſus hujus tota pars ſuperior conſumta eſt, & antea parva tantum portio extrinſecus nuda ſeſe exhibuiſſe videtur.

Præterea vidi erumpentem ex palato dentem eo circiter loco, ubi prodeuntem delineavit Albinus (*f*). Aderat in alio tumor menti, qui apertus prominentem etiam dentem exhibuit, quale exemplum citatus Anatomicorum Princeps etiam vidisſe ſe tradidit (*g*).

(*f*) Lib. de Sceleto pag. 477.
(*g*) Tab. X. Fig 5. e. Fig. 6. b.c.

# FIGURARUM EXPLICATIO.

## TABULAE I.

Fœtus, poſt lapſum matris, ſeptimo menſe in lucem emiſſus, difformis, vario ſenſu morboſus.

a. a. Tumor, maximam abdominis partem occupans, hernioſus, ex peritonæo, in principium funis umbilicalis protruſo, formatus, & plurima abdominis viſcera continens.

b. b. b. Muſculorum abdominalium, ab invicem remotorum, margo rotundulus, tumoris radicem quaſi amplectens.

c. c. c. Transparens per tumoris veſamenta hepar.

d. Ejusdem ligamentum latum.

e. e. Inteſtina tenuia, infra hepar, per transparentia tumoris velamenta quodammodo conſpicua.

f. Funis umbilicalis, ex ſiniſtro tumoris latere proveniens.

g. Penis.

Reliqua, in capite, atque artubus, a naturali ſtatu recedentia, ſponte in oculos incurrunt.

Vide Caput I.

TA-

## TABULAE II.

Idem fœtus a parte poſteriore viſus.

a. Tumor hernioſus Tab. I. a.

b. Funis umbilicalis, ex ſiniſtro tumoris latere enatus.

c. Prominentia quædam ex gelatinoſo, flavo, humore, ad radicem funis inter velamenta tumoris funisque collecto, enata.

d. Locus, verſus quem os occipitis, ferme transverſim decurrens, apice, ad angulum ferme rectum reflexo, ſeſe extendebat.

e. e. e. Hiatus in integumentis, & musculis, & ſpina dorſi.

f. f. Margines hiatus lividi.

g. Veſiculæ ſpecies, in quam hucusque ſeſe extendens, nec ulterius progreſſa, ſanguinolenta medulla terminabatur.

h. Protruſa introrſum hic loci magna pars ſpinæ.

i. Os ſacrum ferme nudum ſeſe exhibens, & maxime ſurſum promotum.

Vide Caput I.

## Tabulae III.

### Fig. 1.

Caput ejusdem fœtus a latere viſum.

### Fig. 2.

Contenta tumoris hernioſi.

a. a. a. a. Velamenta tumoris reclinata.

b. Funis umbilicalis.

c. c. c. Hepar, extrinſecus in tres lobos diviſum.

d. Ligamentum latum hepatis.

e. Vena umbilicalis.

f. Lien.

g. Lien parvus, totus a majore ſeparatus, ſed vaſorum ope cum illo cohærens.

h. Ventriculi portio.

i. i. Inteſtina tenuia.

k. Appendix, ex ileo inteſtino enata.

### Fig. 3.

Situs renum, teſtium, veſicæ urinariæ; exemto hepate, liene, ventriculo, inteſtinis.

a. a. a. a. Velamenta tumoris multum reclinata.

b. b. Mar-

b. b. Margo rotundulus abdominalium muſculorum, a ſe invicem remotorum.

c. c. Renes ſuccenturiati.

d. Meſenterium.

e. e. f. f. Renes tuberculati, aqua diſtenti.

g. g. Teſtes.

h. Inteſtinum rectum.

i. Veſica urinaria.

k. Arteria umbilicalis dextra.

l. Urachus.

Vide Caput I.

## TABULAE IV.

### Fig. 1.

Ventriculus eodem, quo ſeſe in corpore monſtravit ſitu, exhibitus.

a. Ligatus œſophagus.

b. Ventriculi pars capaciſſima.

c. Contractio præternaturalis.

d. Expanſio ejusdem alia.

e. Pylorus, extrinſecus annuli forma ſeſe monſtrans.

Fig. 2.

## Fig. 2.

Appendix, ex inteſtino ileo enata.

a. a. Inteſtinum ileum.

b. Meſenterium.

c. Appendix, cum ileo cohærens.

## Fig. 3.

Renes, ureteres, dextri ſiniſtrique lateris, cum veſica urinaria a parte anteriore.

a. Ren dexter.

b. Ren ſiniſter.

c. c. c. c. Tubercula varia, quibus inæquabilis externa renum ſuperficies redditur.

d. Iſthmus binos renes connectens.

e. Ureteris dextri inſignis dilatatio.

f. Ejusdem contractio notabilis.

g. g. Ureter ſiniſter, diverſimode & dilatatus, & contractus.

h. h. Inſertiones ureterum in veſicam urinariam.

i. Veſica urinaria.

k. Urachi principium.

## Fig. 4.

Iidem renes, cum parte ureterum, ſic reclinati, ut poſteriora appareant.

a. Ren dexter.

b. Ren ſiniſter.

c. c. c. c. Tubercula varia, quibus poſterior etiam renum ſuperficies inæquabilis redditur.

d. Iſthmus, binos renes connectens.

e. e. Arteriæ, quæ ad renes tendunt.

f. f. Venæ renales.

g. g. Veſicula, pelvis quaſi principium.

h. Ureter dexter.

i. Ureter ſiniſter.

Vide Caput I.

# TABULAE V.

## Fig. I.

Veſica urinaria a parte poſteriore.

a. Veſicæ urinariæ pars poſterior.

b. b. Ureterum inſertiones.

c. Urachi principium.

d. d. Duæ appendices, cavæ, propriis orificiis cum veſicæ capacitate communicantes.

e. Similis appendix multo major.

## Fig. 2.

Veſica urinaria aperta.

a. Veſica urinaria ab interiore.

b. b. Membranarum ipſius craſſities.

c. Urachus.

d. d. Ureteres.

e. e. Horum orificia.

f. Oſtium appendicis majoris Fig. 1. e.

g. g. Orificia appendicum minorum. Fig. 1. d. d.

## Fig. 3.

Orificium Urachi.

a. a. Interna veſicæ urinariæ ſuperficies.

b. Orificium, quo apertum urachi principium cum veſicæ cavo communicat.

## Fig. 4.

Anterior thoracis pars, ſublatis integumentis, musculis omnibus.

a. Sternum, maximam partem cartilagineum.

b. Os-

b. Oſſificationis primordium, ad quintam usque coſtam ſeſe extendens.

c. Cartilago enſiformis, primo contracta, dein dilatata, & in tres mucrones deſinens.

d. d. Claviculæ ad pectoris os accedentes.

e. f. g. h. Cartilagines quatuor ſuperiorum coſtarum dextri lateris, cum coſtis ſuis non cohærentes.

i. k. l. m. n. Cartilagines quinque ſuperiorum coſtarum ſiniſtri lateris, a coſtis ſuis plane ſeparatæ.

o. p. q. Cartilagines quintæ, ſextæ, & ſeptimæ, coſtæ dextri lateris.

r. s. Sextæ & ſeptimæ coſtæ ſiniſtri lateris cartilagines.

t. t. Pleura nuda, dextrum ſiniſtrumque thoracis cavum claudens.

## Fig. 5.

Cor cum vaſis ſuis arterioſis, venoſis, reclinatis pulmonibus.

a. Aſpera arteria.

b. b. Pulmones, ad latera reclinati.

c. Cor.

d. Sinus dexter cum ſua auricula.

e. Vena cava ſuperior.

f. Arteria pulmonalis.
g. Ramus ipſius dexter.
h. Ramus ſiniſter.
i. Canalis arterioſus.
k. Aörta.
l. Arteria innominata.
m. Subclavia dextra.
n. Carotis dextra.
o. Carotis ſiniſtra.
p. Subclavia ſiniſtra.
Vide Caput I.

## TABULAE VI.

### Fig. I.

Sinus cordis dexter cum ventriculo apertus.
a. b. Sinus dexter.
c. Auricula ejusdem lateris aperta.
d. Septum, inter dextrum ſiniſtrumque ſinum.
e. Foramen ovale.
f. Valvula, huic foramini appoſita.
g. Oſtium venæ cavæ ſuperioris.
h. Oſtium venæ cavæ inferioris.
i. Orificium venæ coronariæ.
k. k. k. Membrana oſtii venoſi in valvulas tricuspidales tres fiſſa.

l. l. Ven-

l. l. Ventriculus dexter apertus.

m. m. Columnæ carneæ.

n. Arteria aörta.

o. Via pone hanc partem valvulæ ad arteriam aörtam.

p. Via ad arteriam pulmonalem.

## Fig. 2.

Aörta una cum ſinu dextro & valvula orificii venoſi ſic diſſecta, ut ſinus & valvulæ partes ſectæ ab invicem removeri potuerint; aörtæ vero origo ex ventriculo dextro, & communicatio cum ſiniſtro pateant.

a. a. Ventriculi dextri parietes a ſe invicem remoti.

b. Sinus dexter ab auricula c. remotus.

d. d. Valvulæ oſtii venoſi hujus ventriculi diſſectæ partes.

e. Vena cava ſuperior.

f. Vena cava inferior.

g. Foramen ovale.

h. Arteria aörta.

i. i. i. Orificium aörtæ cum dextro ventriculo communicans, & in eo tres valvulæ ſemilunares.

k. k. Arteriarum coronariarum orificia.

l. Via ad arteriam pulmonalem.

m. Via ad ventriculum ſiniſtrum.

## Fig. 3.

Principium arteriæ pulmonalis cum ſuis valvulis.

a. Ventriculus dexter.

b. b. Sectio hujus ventriculi, ut apertura c., ſanguinem ad arteriam pulmonalem admittens, pateat.

d. Arteria pulmonalis.

e. f. f. Valvulæ ſigmoideæ duæ; harum altera e. integra, altera f. f. medio loco ſecta.

g. Sinus dexter.

h. Vena cava ſuperior.

i. Arteria aörta.

## Fig. 4.

Sinus ſiniſter cum ventriculo eiusdem lateris apertus.

a. a. Sinus ſiniſter apertus.

b. Orificium auriculæ ſiniſtræ.

c. Septum inter ſinum ſiniſtrum & dextrum.

d. Foramen ovale.

e. e. Duarum dextri lateris venarum pulmonalium oſtia.

f. Oſtium venæ pulmonalis ſiniſtræ.

g. g. Membrana oſtii venoſi in duas valvulas fiſſa.

h. h. Dis-

h. h. Diſſecti ventriculi ſiniſtri parietes.

i. Ejusdem ventriculi ſuperficies interna.

k. Via ad arteriam aörtam.

Vide Caput I.

## TABULAE VII.

Enormis veſicæ urinariæ diſtenſio, in infante tredecim menſium, urinæ ſuppreſſione, ex calculo urethræ impacto, & duplici hujus canalis fiſſura, mortuo.

a. a. Integumenta cum muſculis & peritonæo diſſecta, & reclinata.

b. b. Integumentorum, muſculorumque partes, quas peritonæum, a veſica ſurſum pulſum, non inveſtiebat.

c. Integumenta, de parte dextra ſcroti ſeparata.

d. Ventriculus maxime expanſus.

e. Curvatura ventriculi major verſus anteriora directa.

f. f. Colon.

g. g. Inteſtinorum tenuium partes, a latere dextro veſicæ urinariæ conſpicuæ.

h. Eorundem portio a latere ſiniſtro ſeſe exhibens.

i. k. Veſica urinaria maximopere diſtenta. i. Portio

tio ipſius, quæ peritonæo tegitur. k. Ejusdem pars, a peritonæo libera, quæ ope celluloſæ cum vicinis cohæſit partibus.

l. l. Peritonæum a muſculis abdominalibus reflexum, & ad partem ſuperiorem veſicæ urinariæ accedens.

m. m. Penis, cujus præputium admodum tumidum.

n. n. Scrotum maxime expanſum.

o. Celluloſa ſcroti, urina multum turgens.

p. Foramen in parte ipſius inferiore.

q. Apertura in parte ſuperiore a latere penis.

r. r. Saccus ex degenerata celluloſa natus.

s. s. Loca hujus ſacci multum contracta.

Vide Caput III.

## TABULAE VIII.

### Fig. I.

Diſſecta urethra ejusdem infantis, cujus apertum abdomen Tabula VII. exhibitum.

a. a. Corpora ſpongioſa penis.

b. b. Corpus ſpongioſum urethræ, in glandem expanſum.

c. Præputium aquoſo humore turgidum.

d. Urethra aperta & explicata.

e. Fis-

e. Fiſſura in parte dextra urethræ, cui calculus inhæſit.

f. Similis fiſſura in latere oppoſito.

g. Pars urethræ inter fiſſuras media, gangræna correpta.

## Fig. 2.

Calculus, triplici adſpectu exhibitus, qui fiſſuræ dextri urethræ lateris Fig. 1. e. inhæſit.

De his vide Caput III.

## Fig. 3.

Calculus, lacrymarum viis exſectus, adaucta magnitudine delineatus.

Vide Caput IV.

## Fig. 4.

Ovum humanum abortu eliſum.

a. a. a. Flocculenta ſubſtantia, extrinſecus ovo adhærens.

b. b. Decidua externa membrana.

c. c. Decidua reflexa.

d. d. Chorion.

e. e. Amnios.

 f. f. Vas-

f. f. Vaſcula bene multa, chorion deciduæ reflexæ adnectentia.

g. g. g. Interiora ovi.

h. Proceſſus infundibuliformis amnii.

i. Fœtus, cum dicto proceſſu cohærens, ope funis umbilicalis, partim admodum contracti k. partim expanſi.

## Fig. 5.

Proceſſus amnii infundibuliformis cum fœtu magnitudine adauctus.

a. Proceſſus amnii infundibuliformis.

b. Fœtus.

c. Funis umbilicalis ex abdomine emergens, unica vena, duabus arteriis compoſitus.

d. Funis portio maxime contracta, in qua dictorum vaſorum nullum veſtigium conſpicitur.

De his vide Caput VI.

## Fig. 6.

Ren unicus numero, functione duplex.

a. Ren dexter.

b. Ren ſiniſter.

c. Iſthmus, cujus ope bini renes ſic cohærent invicem, ut unicum corpus referant.

d. d.

d. d. Renes ſuccenturiati.

e. e. Sinus renum.

f. f. Pelves.

g. g. Ureteres.

h. Aörta.

i. Ramus ad glandulam ſuprarenalem & renem dextrum.

k. Ramus ad glandulam ſuprarenalem ſiniſtram.

l. Ramus ad renem ſiniſtrum pertinens, ſed ante ingreſſum m. bifidus.

n. n. Arteriæ ſpermaticæ.

o. o. Arteriæ renales, tertia atque quarta, quarum illa ad dextrum, hæc ad ſiniſtrum renem tendit.

p. Arteria renalis quinta, ad partem illam procedens, quæ duos renes invicem nectit.

q. Aörta, infra renes ſeſe exhibens.

r. r. Arteriæ renales, ſexta atque ſeptima, ex aörta ad renem adſcendentes.

s. Vena cava.

t. Vena renalis ſiniſtra.

u. Vena renalis dextra.

v. Vena ſpermatica ſiniſtra.

w. Bifurcatio venæ renalis ſiniſtræ.

x. Vena ſpermatica dextra.

Vide Caput VII.

## Fig. 7.

Os jugale transverſa ſutura diviſum.

a. Os jugale.

b. Proceſſus ſuperior, qui cum oſſe frontis nectitur.

c. Proceſſus anterior, qui cum oſſe maxillari ſuperiori cohæret.

d. Proceſſus poſterior, qui cum proceſſu zygomatico oſſis temporum copulatur.

e. Foramen.

f. f. Sutura, cujus ope hoc os in partem ſuperiorem & inferiorem dividitur.

Vide Caput VIII.

# TABULAE IX.

Diverſi generis luſus in ſuturis oſſium cranii.

## Fig. 1.

Tria, admodum diſtincta, oſſicula in nexu oſſium verticis cum occipitis oſſe.

a. Sutura ſagittalis.

b. b. Sutura lambdiformis.

c. Oſſiculum diſtinctum in hac ſutura.

d. e. f. Tria oſſicula, penitus a reliquis oſſibus ſeparata, in fine ſuturæ ſagittalis, ubi hæc cum lambdiformi concurrit.

Fig. 2.

## Fig. 2.

Duo, inſignis magnitudinis, oſſa Wormiana, præter parva alia, in ſutura lambdiformi.

a. Sutura ſagittalis.

b. b. b. b. Lambdiformis ſutura.

c. c. c. c. c. Varia, majora, minora, oſſicula in dicta ſutura.

d. d. Sutura transverſa, os occipitis in duas partis dividens.

e. Sutura, ex parte laterali ſiniſtra ſuturæ lambdiformis ferme in dictam transverſam d. d. decurrens.

f. f. Duo inſignis magnitudinis oſſa Wormiana.

## Fig. 3. 4. 5. 6. 7.

Oſſicula Wormiana, diverſæ magnitudinis, figuræ, in concurſu ſuturæ ſagittalis cum coronali obſervata.

a. Sutura ſagittalis.

b. b. Coronalis ſutura.

c. Oſſiculum ſeparatum, propria ſutura cinctum.

## Fig. 8.

Simile oſſiculum in ſutura ſagittali.

a. a. Sutura coronalis.

b. b. Sutura ſagittalis.

c. Oſſiculum Wormianum.

## Fig. 9.

Oſſiculum ejusdem naturæ in ſutura coronali.

a. a. Coronalis ſutura.

b. Oſſiculum ſeparatum.

Vide Caput IX.

## TABULAE X.

Aberrationes dentium.

## Fig. 1.

Os maxillare ſuperius, cum dente molari ſecundo aberrante.

a. Os maxillare ſuperius.

b. Proceſſus naſalis.

c. Suſtentaculum oſſis jugalis.

d. Lunula, ad introitum narium internarum.

e. e. Margo alveolaris.

f. g. h. Dentium inciſorum, canini, alveoli, partim deleti.

i. Foramen, quo exit ramus ſecundus quinti nervorum paris.

k. Radix dentis molaris ſecundi, loco aberrantis.

Fig. 2.

## Fig. 2.

Idem os maxillare a parte inferiore viſum.

a. Lamina, quæ partem palati osſei format.

b. b. Margo alveolaris.

c. d. e. Dentium inciſorum, atque canini, alveoli, partim deleti.

f. g. h. i. Alveoli molaris primi, tertii, quarti, quinti.

k. Locus, ubi alveolus molaris ſecundi adesſe debebat.

l. Foraminulum in lamella osſea, quæ alveolum occludit.

## Fig. 3.

Pars ejusdem oſſis maxillaris, ſic diffracta, ut ſedes molaris ſecundi pateat.

a. a. Margo alveolaris.

b. c. d. Dentium inciſorum atque canini alveoli, partim deleti.

e. Alveolus molaris primi, capacitate multum imminutus.

f. Dens molaris ſecundus.

g. Radix ejusdem, quæ os maxillare perrupit Fig. 1. k.

h. Co-

h. Corona ejusdem, oblique deorſum introrſumque directa.

i. Lamella quæ alveolum ipſius plane occludit.

k. Alveolus molaris tertii.

## Fig. 4.

Eadem pars ejusdem oſſis maxillaris, ſed exemto dente molari ſecundo.

a. a. Margo alveolaris.

b. c. d. Dentium inciſorum atque canini alveoli, partim deleti.

e. Alveolus molaris primi.

f. f. Locus, quem occupavit dens molaris ſecundus.

g. Lamella oſſea, quæ alveolum ipſius plane occludit.

h. Alveolus molaris tertii.

## Fig. 5.

Maxilla inferior, cujus dentes & alveoli perierunt, cum molari ultimo aberrante.

a. a. Condyli.

b. b. Alveolorum plenaria abolitio.

c. c. c. Nonnullorum alveolorum parva veſtigia.

d. d. Fo-

d. d. Foramina, quibus exeunt rami tertii rami quinti nervorum paris.

e. Dens molaris, pro parte erumpens, ubi proceſſus coronoïdeus adeſſe debet.

## Fig. 6.

Pars lateralis dextra ejusdem maxillæ.

a. Condylus.

b. Locus proceſſus coronoïdei.

c. Dens molaris hic loci emergens.

Vide Caput X.

# INDEX CAPITUM.

I.

*De hernia umbilicali, plurima abdominis viſcera continente; inteſtinorum, renum, veſicæ, cordis præſertim, fabrica præternaturali; aliisque in cadavere fœtus obſervatis.* Pag. 1

I I.

*De piæ matris, aliarumque partium, oſſificatione.* 42

I I I.

*De lethali urinæ ſuppreſſione ex calculo, urethræ impacto, indeque nata duplici hujus canalis fisſura.* 57

I V.

*De calculo lacrymarum viis exſecto.* 71

V.

*De inſigni peritonæi crasſitie, duritie, & abdominalium viscerum, ferme omnium, concretione.* 79

V I.

*De ovo humano.* 91

V I I.

*De rene, numero unico, ſed functione duplici.* 96

V I I I.

*De ſuturis osſium cranii.* 103

I X.

*De osſiculis ſuturarum.* 115

X.

*De osſibus, diverſo modo, a ſolita conformatione abludentibus.* 121

*Figurarum Explicatio.* 140

I N-

# INDEX RERUM.

Aberrationes dentium. 136
Abdominalium viſcerum concretiones. 80. 82. 86. ſeq.
Abdomini inhærens tumor inſignis. 8
Abdominis capacitas aperta viſa. 21
——— gravidæ conſtrictio admodum noxia. 2. 3. 20
Abortus ex lapſu. 3
Abſcesſus in perinæo nati, exitum urinæ, antea ſuppreſſæ, præbentes. 54. 62. ſeq.
Amnios deſcriptio & delineatio. 93
Animi perturbationis in graviditate noxæ. 2
Aörtæ cum ventriculo cordis dextro communicatio. 17
——— oſſificatio. 43. not. b. 45. not. g.
Apoplexiam quandoque produxit oſſificatio membranarum cerebri. 50
Apparatus alti posſibilitas. 81. Eum primus inſtituit Franco 81. not. a.
Appendices veſicæ urinariæ. 14. 29. 30. not. t.
Appendix inteſtino ileo adhærens 11. 26. Ipſius ortus. 27. Singularis figura. 28
Arteria ſpermatica ſiniſtra ex emulgente enascens. 45. not. g.
——— umbilicalis unica. 32
Arteriarum e corde prodeuntium luſus ſingularis. 38. not. s.
——— oſſificatio. 42. 43. & not. b. 52
——— renalium numerus inſignis. 98
Arterioſi canalis defectus. 38. not. s.
Aſperæ arteriæ oſſificatio. 43
Calculi in diverſis corporis humani partibus inventi. 71. ſeq. not. a.
——— majores a fœminis cum urina rejecti. 54. Rarius hoc in viris evenit. 55
——— ſæpe in appendicibus veſicæ urinariæ latent. 31. & not. n.
Calculus, lacrymarum viis exſectus. 71. 74. 76. 77
——— urinæ viis incluſus, vario modo urinæ ſuppreſſionem producit. 53 Diverſa hujus generis exempla. 62. ſeq.
Canalis arterioſus admodum tenuis. 16

Canalis arterioſi defectus. 38. not. s.
Capitis fœtus figura ſingularis. 7
Carotidum internarum oſſificatio. 52
Carpi oſſicula, numero varia. 136
Cartilaginum, coſtas ſterno adnectentium, defectus. 15. 37. not. q.
—— —— —— Oſſificatio. 44. & not. f.
Cephalalgiam quandoque produxerunt oſſificationes membranarum cerebri. 50
Cerebri degenerationes. 51
—— membranæ, in os degeneratæ, plurimos morbos producunt. 51
—— durities inſignis. 47
Chorii deſcriptio & delineatio. 93
Compreſſionis uteri & contenti fœtus noxæ. 19
Concretiones viſcerum abdominalium & thoracicorum. 79
Cor purulenta cruſta obductum. 83. not. c.
Cordis vitium rariſſimum. 16. 17
—— deviationes ſingulares. 38. not. s.
Coronalis ſutura deleta. 110
—— —— in ea Wormianum oſſiculum. 120
Coſtæ partibus poſterioribus concretæ. 134. anterioribus bifidæ. 134. medio loco articulatæ. 134
Coſtarum cartilagines defeciſſe, in cadavere fœtus viſum. 15. 37. not. q.
Cranii craſſities inſigniter differt. 131
—— forma in aliis aliisque diverſa eſt hominibus. 130
—— fracturæ deſcriptio. 114. 115
—— ſuturæ inſigniter inter ſe differunt. 103
—— —— penitus deletæ. 104. 108. Hæc illave deficiens. 107. 108
—— —— rariores. 111
—— —— plures. 111
—— Defectus oſſificationis in nonnullis cranii oſſibus. 132
Cruſta purulenta, viſcera integens thoracica. 83. not. c.
Decidua externa & reflexa, ovi humani membranæ. 92. 93. 94
Dentium aberrationes 136. in maxilla ſuperiore 137. in maxilla inferiore. 138

Den-

Dentium numerus inſolitus. 136. not. k.
Diverticulum inteſtino ileo adhærens. 11. 26. Ipſius ortus. 27. Singularis figura. 28
Duræ matris ſinus. Varietates in his viſæ. 124. 125
—— oſſificatio. 48
Epilepſiæ cauſa oſſificatio membranarum cerebri. 50
Enſiformis cartilaginis figura ſingularis. 16
Ethmoides os a ſolita forma recedens. 187
Femoris oſſis caput abſque fovea pro ligamento terete. 135
Fiſſuræ oſſium cranii ſubinde a ſuturis non ſunt diſtinctæ. 104
—— —— —— per ſuturas ab uno oſſe ad aliud transeunt. 114. Talis notabilis fiſſuræ deſcriptio. 115
Fœtus in utero materno læſiones ex lapſu. 2. difformitates ex eadem cauſa. 5. not. l.
—— maxime difformis, & vario ſenſu morboſi, deſcriptio. 7. ſeq.
Foramen ovale in adulto homine apertum. 84. 90
Foramina calvariæ plura, pauciora. 133
Franco primus hypogaſtricam ſectionem inſtituit. 81. not. b.
—— edidit duos libros hodie rariſſimos. 82
Frontis os, ſutura ſagittali procurrente, diviſum. 111
—— —— Ejus ſinus, & ſinuum varietates multæ. 122
Funis umbilicalis principium maxime dilatatum & tumorem hernioſum formans. 8
—— —— contractio ſingularis. 93
Gravidarum ex lapſu adfectus varii. 2. 3. mors. 4
—— greſſus difficilis. 1
Hæmorrhagia uteri ex lapſu. 3
Hepar cum peritonæo & visceribus abdominalibus concretum. 82
—— pſeudo-membrana inveſtitum. 83. not. c.
Hernia umbilicalis congenita. 8. 20. 21
Hypogaſtricæ ſectionis poſſibilitas. 81
Ileo inteſtino adhærens diverticulum. 11. 26. Ipſius ortus. 27. Singularis figura. 28

Inſecta, in ſinubus frontalibus nidulantia, ſæpe diverſis malis anſam dederunt. 123. not. i.
Iſchuria lethalis ex calculo urethræ impacto. 53. 55. 67. Medela in tali caſu adhibita. 69
Jugale os ſutura in duas partes diviſum. 113
Lacrymarum juxta genas profluvium ob calculum, ipſarum viis incluſum. 75
Lambdiformis ſutura deleta. 108
——— ——— duplex. 113
——— ——— Wormiana oſſicula in eadem. 119
Lapſus in graviditate noxæ. 2
Lethargi cauſa ſubinde fuit oſſificatio membranarum cerebri. 50
Lien duplex. 10. quintuplex. 22
Ligamenti teretis in acetabulo abſentia. 135
Maniam ſubinde excitavit membranarum cerebri oſſificatio. 50
Matris duræ oſſificatio. 48. piæ menyngis ſimilis degeneratio. 45. 46. 47
Monſtrorum cauſæ. 5. 6. & not. l. n.
Multiformis oſſis conformatio. 125
Muſculi Pſoæ degeneratio ſingularis. 45. not. g.
Naſi oſſiculorum abſentia. 129
Occipitis os transverſa ſutura fisſum. 111
——— Rariores ſuturæ in eodem viſæ. 112
——— Sinuum transverſalium hujus oſſis veſtigia. 124
Oſſa maxime diſtorta in fœtu difformi. 9
Oſſicula ſuturarum inſigniter magnitudine, numero, ſitu, differunt. 116. 118
Oſſiculum planum defectum oſſis unguis ſupplens. 128
Oſſificationes aörtæ. 43. not. b. 45. not. g.
——— aſperæ arteriæ. 43
——— carotidum arteriarum. 52
——— cartilaginum coſtarum. 44. & not. f.
——— cerebri. 51
——— diverſarum partium. 42. ſeq.
——— duræ matris. 48

Oſſi-

Oſſificationes piæ matris. 45. 46. 47
—— —— vaſorum. 43. not. b. 53
Oſſificationis defectus in nonnullis cranii oſſibus. 132
Ovale cordis foramen in adulto homine apertum. 85. 90
Ovi humani deſcriptio. 91
— —— membranæ 92. decidua externa 92. reflexa. ibid. chorion. amnios. 93
Ovorum inanium ortus. 93. ſeq.
Partus præmaturus ex lapſu. 3. 7
Pelves renum maxime expanſæ. 53. 54. 60. 84. 89
—— —— Extra ipſorum ſubſtantiam viſæ. 96. not. d.
Perinæi abſceſſus, urinæ, antea ſuppreſſæ, exitum præbentes. 54
Peritonæi craſſities enormis. 81. durities cartilaginea. 85
Perturbationis animi in graviditate noxæ. 2
Piæ matris oſſificatio. 45. 46. 47.
Pinealis glandulæ degenerationes. 52
Pulmonales venæ tres. 18. ſex. 41
Purulenta cruſta viſcera thoracica integens. 83. not. c.
Ren numero unicus, functione duplex. 96. Obſervationes aliorum ſimiles. 99
Renalium arteriarum numerus inſignis. 98
Renes coaliti. 14. 28
Renum conformatio ſingularis. 12. 13. 28. 29. 30. not. t.
—— pelves maxime expanſæ. 53. 60. 84. 89
—— —— extra ipſorum ſubſtantiam viſæ. 96. not. d.
Ruptura uteri. 2. not. e.
Sagittalis ſutura obliterata. 107. 109
—— —— per frontis os ſeſe quandoque extendit, æque in viro ac in fœmina. 111. Varietates hujus ſuturæ aliæ. 111
—— —— Wormianum oſſiculum in nexu hujus ſuturæ cum coronali. 119. 120
—— —— —— Simile in ipſa ſagittali ſola. 120
Sacrum os parte poſteriore dehiſcens; ex ſex vertebris compoſitum. 135. male conformatum. 135

Scolopendra phoſphorea naribus expulſa. 123. not. i.
Sectionis hypogaſtricæ poſſibilitas. 81
Sinus duræ matris. Varietates in his viſæ. 124. 125
—— Frontales. 121. Eorum varietates multæ. 122. Vermium in iis nidulantium exempla varia. 123. not. i.
—— Sphænoidales non ſemper eodem modo ſeſe habent. 126
—— Maxillares diverſo modo facti. 129
Spermatica arteria ſiniſtra ex emulgente enaſcens. 45. not. g.
Spina bifida in fœtu difformi & vario ſenſu morboſo. 9
Spinæ dorſi contorſio ſingularis. 20. not. m.
Squammoſæ ſuturæ duplices. 113
—— —— In iis Wormiana osſicula. 120
Sterni in adultis hominibus differentiæ. 134
—— osſificatio. 15
Stupiditatis cauſa osſificatio membranarum cerebri. 50
Suppresſio urinæ producitur variis de cauſis. 53
—— —— Lethalis ex calculo; urethræ impacto. 53. 55. 67. Ars vel natura ſubinde auxilium adfert. 61. ſeq. Medela in tali caſu adhibita. 69
Suturæ osſium cranii inſigniter inter ſe differunt. 103
—— —— —— Osſicula earum. 115
—— —— —— penitus deletæ. 104. Hæc illave deficiens. 107
—— —— —— plures. ibid.
—— —— —— rariores. 111
—— —— —— Uſus earum non eſt, ut fisſuræ unius osſis curſum inhibeant. 114
Teſtium ſitus in abdomine fœtus. 33
—— deſcenſus tempore incerto. ibid. 36. Subinde in inguine ſubſiſtunt, & chirurgis imponunt. 34
Thoracicorum viscerum concretiones. 79. Sæpe reſpiratio inde nihil læditur. 80. not. a.
Thymi glandulæ inſignis magnitudo in cadavere adulti viri. 45
Triquetra oſſa quænam ſint. 117
Tumor inſignis abdomini inhærens, viscera plurima continens. 8

Um-

Umbilicalis arteria unica. 32
——— funis contractio præternaturalis. 93. 94
——— hernia congenita. 8. 20. 21
——— vena duplex, bifida, trifida. 33
Unguis oſſiculi defectus. 128 & not. t.
Urachi principium apertum. 15
—— utilitas. 31
Ureterum expanſio inſignis in fœtu. 13. in adulto homine. 53. ſeq. 84. 89
Urethra in glande inflammata. 84
Urethræ duplex fiſſura ex calculo, ipſi impacto. 53 60
Urinæ per umbilicum emiſſæ exempla. 32
—— ſuppreſſio producitur variis de cauſis. 53
—— —— Lethalis ex calculo, urethræ impacto. 53. 55. 67. Adſert ars vel natura ſubinde auxilium. 61. ſeq. Medela in tali caſu adhibita. 69
Uteri hæmorrhagia. 3
— ruptura. 2. not. e.
— gravidi læſiones ex lapſu. 2
— —— ſitus. 1
Valgi & vari ſæpisſime a pravo in abdomine matris ſitu producuntur. 20. & not. m.
Valvula Euſtachii reticulata, etiamſi foramen ovale apertum eſſet. 85. 90
Valvulæ in arteria pulmonali tantum duæ. 19. 41
Vaſorum osſificatio. 43. not. b.
Vena umbilicalis duplex, bifida, trifida. 33
Venæ pulmonales tres. 18. ſex. 41
Ventriculi dextri cordis communicatio cum aörta. 17. 18
——— conformatio mala. 11. 25
——— inſignis expanſio. 59
——— ſitus inſolitus. 11. 24. naturalis. 22. 23
Verticis os altera ſutura ſagittali in binas partes diviſum. 111
Veſica, enormiter extenſa, & ſupra oſſa pubis multum prominens. 54. 58. 59 81. 88. Tumor talis pro abſceſſu habitus. 54

Veſicæ urinariæ appendices. 30. not. t.
—— —— —— in fœtu viſæ. 14. 29
—— —— ruptura. 54
Viscerum thoracicorum & abdominalium concretiones. 79
Vomica, verſus aſperam arteriam disrupta. 82. not. a.
Wormius. An primus oſsicula, ab ipſo denominata, deſcripſerit? 115. 116

# F I N I S.

---

## B I B L I O P E G O.

Tabulæ omnes pone indicem rerum collocandæ, ſic ut Tab. I. huic paginæ opponatur.

## AAN DEN BOEKBINDER.

Alle de plaaten moeten agter den bladwyzer der zaaken geplaatst worden, zoo dat Tab. I. tegen over deeze zyde kome.

---




A. Deſſes, delin. R. Muys, ſculp.




*A. Delfos, delin.* *R. Muis, ſculp.*




A. Delſos, delin. R. Muis, ſculp.

Fig. 3.




Fig. 1.




Fig. 4.




Fig. 2.




A. Deſſos, delin. R. Muis, ſculp.

Fig. 1.



Fig. 4.



Fig. 3.



Fig. 2.



Fig. 5.



A. Delfos, delin. R. Muys ſculps.



*Fig. 1.*





*Fig. 3.*





*Fig. 2.*





*Fig. 4.*



*A. Duflos, delin.* *R. Muys, sculps.*




*A. Deſſin, delin.* *R. Muys ſculps.*

Fig. 1.



Fig. 2.



Fig. 3.



Fig. 4.



Fig. 5.



Fig. 6.



Fig. 7.



A. Delfos delin. R. Muys sculps.




*A. Delfos, delin.* *R. Muys, ſculpſ.*

Fig. 1.



Fig. 2.



Fig. 3.



Fig. 4.



Fig. 6.





Fig. 5.

A. Delfos delin. R. Muys ſculps.